



BIBLIOTECA
DO
Liceu Dr José Falcão

N.º geral

Est. 9

Tab.º 7

N.º 23

COIMBRA

CAII PLINII SECVNDI NOVOCOMENSIS ORATO
RIS FACVNDISSIMI EPISTOLARVM LIBER PRI-
MVS INCIPIT.

C. Plinius Secundus Septitio suo. S. plu. dicit.

Requenter hortatus es: ut epistolas si q̄s pau-
lo accuratius scripsissem: colligerem: publica
remq; collegi non seruato temporis ordine:
neq; enim historiã cõponebam: sed ut quæq;
in manus uenerat. Superest ut nec te consiliis:
nec me pœniteat obsequii. Ita enim fiet: ut
eas quæ adhuc neglectæ iacent: requiram: & si quas addide-
ro: non supprimam. Vale.

C. Plinius Arrinio suo Salutem.

Via tardiores aduērum tuum prospicio: Li-
brum quem prioribus epistolis promiserã:
exhibeo. Hunc rogo ex consuetudine tua &
legas & emendes: eo magis quod nihil ante
peræque eodem zelo scripsisse uideor. tenta-
ui enim imitari Demosthenem semper tuum caluum nup-
meum figuris duntaxat orationis. Nam uim tantorum uiro-
rum pauci quos æquus amauit Iupiter assequi possunt. Nec
materia ipsa huic: (Vereor ne improbe dicam) æmulationi
repugnauit: Erat enim prope tota in contentione dicendi:
quod me longæ desidiæ indormientem excitauit: Si modo
is sum ego: qui excitari possim: non tamen omnino. M. no-
stri fugimus. quotiens paulum itinere decede-
re non in tempestiuis amœnitatibus admonebamur. Acres
enim nō tristes esse uolebamus. Nec est quod putes me sub
hac exceptione ueniã postulare. Immo quo magis incendã li-
mã tuam: confitebor & ipsum me & cõubernales ab editio-
ne nō abhorre: si modo tu fortasse errori nostro albũ cal-
culum adieceris. Est enim plane aliquid edẽdum: atq; utinã

a ii



hoc potissimū quod paratū est, audis deliciae uotū, edendū autē ex pluribus causis: maxime q̄ libelli quos emisimus dicunt in manibus esse: quōuis iā gratiā nouitatis exuerint, nisi tamē auribus nostris bibliopolae blandiunt. Sit sane: dū per hoc mendaciū nobis studia nostra cōmendent. Vale.

C. Plinius Caninio Ruffo suo Salutem.

q̄ Vidē agit comū tuae meaeq̄ deliciae: quid suburbanū amoenissimū: uel quid illa porticus uerna semp̄: qd̄ platanus opacissima: qd̄ Euripus uiridis & gēmeus: quid subiectus & seruiens lacus: qd̄ illa mollis & tamē solida gestatio: qd̄ balneū illud quod plurimus sol implet & circuit: quid triclinia illa uel popularia: uel illa paucorū: qd̄ cubicula diurna nocturna: possident te: & per uices partiūt. An ut solebas intentione rei familiaris obeundae crebris excursionibus auocaris: si possidēt: felix beatusq̄ es, si minus unns ex multis, quin tu ipse humiles & sordidas curas aliis mandas: & ipse te in alto isto p̄guitiq̄ secessu studiis asseris: hoc sit negotium tuum, hoc otium, hic labor, haec quies, in his uigiliae, in his etiam somnus reponatur: Effinge aliud & excude quod sit perpetuo tuum. Nam reliqua rerum tuarū post te alium atq̄ alium dominum fortiētur. Hoc nunquā tuum desinet esse si semel esse cōeperit. Scio quem animū: quod horter ingenium. Tu modo enitere: ut tibi ipse sis tāti: quanti uideberis aliis: si tibi fueris. Vale.

C. Plinius Pompeiae celerrimae socru suae. S.

q̄ Vantum copiarum in orticulano, ī narniēsi: in carulano: in Perusino tuo, in narniensi uero balneum etiā: ex epistolis meis (Nā iam tuis opus nō ē) una illa breuis & uetus sufficit, nō me hercule tā mea sunt: quae mea sunt q̄ quae tua: hoc tamen differūt: quod sollicitius & intentius tui me q̄ mei excipiunt. idē fortasse eueniet etiā tibi: si q̄do in nostra diuerteris: quod uelim facias: primum: ut per inde nostris rebus: ac nos tuis perfruaris. Deinde ut mei ex-

pergiscantur aliquando: qui me secure ac prope negligenter expectat. Nam initium dominorum apud seruos ipsa consuetudine metus exolescit: nouitatibus excitantur: probarique dominis per alios magis quam per se ipsos laborant. Vale.

C. Plinius Voconio romano Salu.

Idisti ne quenquam. M. Regulo timidiorē: humiliorē post Domitiani mortē: sub quo nō minora flagitia comiserat: quā sub Nerōe: sed tectiora. Coepit uereri: ne sibi irascerer: nec fallebas: irascebar. Rustici aruleni piculū fouerat: exultauerat morte: adeo ut librū recitaret publicaretque: in quo rusticū insectatur: atque etiā stoicorū simiā appellat. Adiicit uitelliana cicatrice stygmosum. Agnoscis eloquentiā Reguli: lacerat Hærenniū senectiōne tam intemperanter quidē: ut dixerit ei metius charus: Quid tibi cum eis mortuis? Nūquid ego: aut Crasso aut Camerino molestus sum? quos ille sub Nerōe accusauerat: Hæc me dolēter Regulus tulisse credebat. Ideoque etiā cū recitaret libere: nō adhibuerat. Præterea reminiscebas quā capitaliter me ipsū apud centūuiros laceffisset. Aderā aurionilæ timōis uxori rogatu Aruleni rustici. Regulus cōtra: nitebamur nos in parte causæ sentētia uecti modesti optimi uiri. Is tūc in exilio erat relegatus a Domitiano. Ecce ibi Regulus: Quæro inquit secundæ: quid de Modesto sentias? uides quod periculū: si respondissem bene: quod flagitiū: si male: nō possum dicere aliud tum mihi quam deos adfuisse. Respondebam inquam quid sentiam si de hoc cētūuiri iudicaturi sunt. Rursus ille quæro quid de Modesto sentias. Iterum ego, solebant testes in reos nō in dānatos iterrogari. Tertio ille, nō iam quid de Modesto sed quid de pietate Modesti sentias. Quæris inquam quid sentiā. At ego ne iterrogare quidē fas puto: de quo pñciatū est, conticuit, me laus & gratulatio secuta est, quod nec famam meam aliquo responso utili fortasse: inhonesto tamē læseram. Nec me laqueis tā insidiosæ iterrogationis inuol-

ueram. Nunc ergo cōscientia exterritus apprehendit Cæcili-
lium celerem: mox rogat iustum Fabium: ut me sibi recon-
ciliant. nec contentus: uenit ad Spurinam: Huic suppliciter:
ut est cum timet abiectissimus: Rogo inquit mane uideas
Plinium domi: sed plane mane. Nec enim diutius ferre solli-
citudinem possum & quoquo modo efficias: ne mihi irasca-
tur. euigilaueram. Nuntius ait uenio ad te Spurina. immo
ego ad te. Coimus in porticum Liuiæ. cum alter ad alterum
tenderemus: exponit Reguli mandata: addit preces suas: ut
decebat optimum uirum pro dissimillimo. parce inquit:
cui ego: dispicies ipse quid Regulo putes renunciandum. Te
decipi a me nō oportet. Expecto mauricum. Nōdum enim
ab exilio uenerat. ideo nihil alterutram in partē respondere
tibi possum: facturus quicquid ille decreuerit. Illum enim
esse huius consilii ducem: me comitem decet. Paucos post
dies ipse me regulus conuenit in prætoris officio. illuc me
persecutus secretum petit. Ait timere se: ne animo meo pe-
nitus hæreret: quod in centūuirali iudicio aliquando dixis-
set. cum respōderet mihi & Satrio Ruffo. Satrius ruffus cui
non est cum Cicerone æmulatio & qui contentus est elo-
quentia sæculi nostri: Respondi nunc me itelligere maligne
dictum quia ipse confiteretur. Cæterum puto honorificum
existimari. Est enim inquam mihi cum Cicerōe æmulatio:
nec sum contentus eloquentia sæculi nostri. Nā stultissimū
credo ad imitandum non optima quæq; proponere. Sed tu
qui huius iudicii meministi: cur illius oblitus es: in quo me
interrogasti: quid de metii Modesti pietate sentirem. expal-
luit notabiliter quamuis palleat semper: & hæsitabūsus in-
quit: interrogauit: nō ut tibi nocerem: sed ut modesto. Vide
hominis crudelitatem: qui se nō dissimulet nocere homini
exuli uoluisse. subiunxit egregiam causam. Scripsit inquit
epistolam quandam quæ apud Domitianum recitata ē. Re-
gulus omnium bipedū nequissimus, quod quidē Modestus

scripserat uerissime: Hic fere nobis sermonis terminus. Neque enim uolui progredi longius: ut mihi omnia libera seruarem dum Mauricus uenit, nec me præterit esse Regulū

Est enim locuples factiosus: curatur a multis: timetur a pluribus: quod plerunque amore fortius est, potest tamen fieri: ut hæc concussa labatur. Nam gratia malorum tam infida est quam ipsi. Verum ut idem sæpius dicam expecto Mauricū. Vir est grauis: prudens: multis experimentis eruditus & qui futura possit ex præteritis uideri. Mihi & tentandi aliquid & quiescendi illo auctore rō constabit. Hæc tibi scripsi: quia æquū erat te p amore tuo non solum omnia mea facta dictaq; uerum etiam cōsilia cognoscere. Vale.

C. Plinius Cornelio tacito suo S.

Idebis & licet rideas: ego Plinius ille quē nosti: a prostris & quidem pulcherrimos cepi: ipse inquis: ipse: nō tamē ut omnino ab inertia mea & quiete discederē: ad retia sedebā. Erāt in proximo nō uenabulum: nō lancea, sed stilus & pugillares: meditabar aliquid enotabamq;: ut si manus uacuas: plenas tamē ceras reportarem. Nō est quod contemnas hoc studendi genus. Mirum ē ut animus ab agitatione motuq; corporis excitetur. Iam undiq; siluæ & solitudo ipsumque illud silentium quod uenationi datur: magna cogitationis incitamenta sunt. proinde eum uenabere licebit auctore me: ut panarium & lagunculam: sic etiā pugillares feras. Experieris nō magis dianam montibus: quam Mineruam inerrare. Vale.

C. Plinius Octauio suo Ruffo Sal.

Ide in quo me fastigio collocaris cum mihi idē potestatis idēq; regni dederis: quod Homerus Ioui optimo maximo:

Nam ego quoque simili nutu ac renutu respondere uoto tuo possum. Etenim sicut fas est mihi præ-

fertim te exigente excusare bethycis contra unū hominem
aduocationē ita nec fidei nostræ: nec cōstatiæ quē diligis cō
uenit adesse cōtra pūiciā quē tot officiis: tot laboribus: tot
periculis etiā meis aliq̄do deuinxerim. Tenebo ergo hoc tē
peramētū: ut ex duobus quorū alterū petis eligā id potius ī
quo nō solū studio tuo ueq; etiā iudicio satisfaciā. Neq; enī
tantope mihi cōsiderandū ē: Quid uir optimus ī p̄sentia ue
lis: quā quid semp̄ sis p̄baturus. Me circa idus octobres spe
ro Romæ futurū. eadēq; hęc præsentiē quoq; tua meaque
fide Gallo confirmaturum: cui tamē nūc iam licet spōdeas
de animo meo.

: cur enim non usque quaque Homericis
uersibus agam tecum? quatenus tu me tuis agere non pate
ris: quorum tanta cupiditate ardeo: ut uidear mihi hac sola
mercede corrūpi posse ut uel cōtra bethycos adsim: pene p̄
terii quod minime p̄tereūdū fuit: accepisse me cariotas op
timas quæ nūc cum ficis & boletis certamen habent. Vale.

C. Plinius Pompeio Saturnino suo Salu.

Eroportune mihi redditæ sunt litteræ tuæ quibus
flagitabas: ut tibi aliquid ex scriptis meis mitterem:
Cū ego idipsum destinassem. Addidisti ergo calcaria
spōte currenti: pariterq; & tibi ueniam recusandi laboris: &
mihi exigendi uerecundiam sustulisti. Nam nec me timide
uti decet eo quod oblatum est: nec te grauari quod depopo
scisti. Non est tamen quod ab homine desidiōso aliqd noui
operis expectes. petiturus sum enim: ut rursus uaces sermo
ni: quem apud municipes meos habui bibliothecam dedica
turus. Memini quidem iam te quædam notasse: sed genera
liter: ideo nunc rogo: ut non tantum uniuersitati eius atten
das: uerum etiam particulas qua soles lima p̄sequaris. Erit
enim & post emendationem liberū nobis uel publicare uel
continere. Quin immo fortasse hanc ipsam cuntationem
nostram in alterutram sententiam emédationis ratio redu

et: quæ aut indignū editione: dū sæpius retractat inueniet:
aut dignum dum idipsum experitur efficiet: Quanquam
huius contationis meæ causæ non tam in scriptis quam in
ipso materiæ genere consistunt. Est enim paulo gloriosius:
& clarius: onerabit hæc modestiâ nostrâ: etiam si stilus ipse
pressus demissusq; fuerit. Propterea quod cogimur cum de
munificentia parentum nostrorum: tum de nostra disputa-
re. Anceps hic & lubricus locus ē: etiâ cū illi necessitas leno-
cines. Etenim si alienæ quoq; laudes pagæ æquis auribus acci-
pi solēt: quā difficile ē optinere ne molesta uideatur oratio
de se aut de suis differens. Nam cum ipsi honestati tum ali-
quanto magis gloriæ eius prædicationiq; inuidemus. atq;
ea demū recte facta minus detorquemus & carpimus quæ in
obscuritate & silentio reponuntur. qua ex causa sæpe ipse me-
cū: nobis ne rātū quicquid est illud cōposuisse. an & aliis de-
beamus ut nobis: admonet illud quoq; quod pleraque quæ
sunt agenda rei necessaria: eadē peracta nec utilitatem pa-
rem nec gratiam retinēt. Aut ne lōgius exēpla repetamus.
Quid utilius fuit quam munificentiæ rationem etiam stilo
prosequi: per hoc enim assequebamur: primum ut honestis
cogitationibus immoraremur. deinde ut pulchritudinē il-
larum lōgiore tractu peruideremus. Postremo ut subitæ lar-
gitionis comitem pœnitentiâ caueremus: nascebatur ex his
exercitatio quædam cōtemnendæ pecuniæ. Nā cum omēs
homines ad custodiam eius natura restrinxerit: nos contra
multū ac diu pensitatus amor liberalitatis cōmunibus aua-
ritiæ uinculis eximebat. Tantoque laudabilior munificentiâ
nostra fore uidebatur. quod ad illam nō impetu quodā sed
consilio trahebamur. Accedebat his causis qd' nō ludos aut
Gladiatores: sed annuos sumptus in alimēta ingenuorū pol-
licebamur. Oculorum porro & aurium uoluptates adeo nō
egent cōmendatione: ut non tam incitari debeant oratione
q̄ reprimi. Vt uero aliquis libēter educatiōis tediū laborēq;

suscipiat: non præmiis modo: uerū etiam exquisitis adhortationibus impetrandū est. Nā si medici salubres: sed uoluptatis parum habētes cibos blāditiōribus alloquiis p̄sequūf: quanto magis decuit publice cōsulentē utilissimū munus: sed p̄ inde nō populare comitate orationis iducere: p̄sertim cum enitendum haberemus: ut quod parentibus datur: & orbis properetur: honorēq; paucorum cæteri patiēter expectarent & incitarentur. Sed ut tunc communibus magis cōmodis: quam priuatæ iactantiæ studebamus: cū intentionē effectumq; muneris nostri uolebamus intelligi: ita nunc in ratione edendi ueremur: ne forte nō aliorum utilitatibus: sed propriæ laudi seruisse uideamur. Præterea mentis animus quanto maiore fructus honestatis in cōscientia: quā in fama reponatur. Sequi enim gloria non appeti debet: nec si casu aliquo nō sequat: Idcirco quod gloriam nō meruit: minus Pulchrū ē. ii uero q; benefacta sua uerbis adornāt: nō iō p̄dicare q̄a fecerūt: sed ut p̄dicarēt fecisse credunt. Sic qd̄ magnificū referēte alio fuisset: ipso q; gesserit recēte uanescit: Homines enī cū rē destruere non possunt: iactationē eius icessunt. Ita si filēda feceris: factū ip̄m: si laudāda: quod nō sileas: ip̄e culparis. Me uero peculiaris quædā ipedit rō: etenī hūc ipsum sermonē nō ad populū: sed apud decuriōes habui: nec in p̄patulo: sed i curia: Vereor ergo ne sit satis cōgruens cum in dicendo assentionē uulgi acclamationēq; defugerim: Nūc eadem illa editione sectari: Cumq; plebem ipsā cui cōsulebat limine curiæ parietibusq; discreuerim nequam in speciem ambitiōis inciderē: nunc eos etiā ad quos ex munere nostro nihil pertinet p̄ter exemplū: uelut obuia ostentatione cōquirere. habes cūtationis meæ causas: obsequar tamen consilio tuo: cuius mihi auctoritas pro ratione sufficit. Vale.

C. Plinius Minutio fundano suo. Salu.

Itū est quā singulis diebus in urbe ratio aut constet

aut constare uideat: pluribus cunctisque non constet. Nam si quem interrogas: hodie quid egisti? respondeat: officio togæ uirilis interfui: sponsalia aut nuptias frequentavi. ille me ad signandum testamentum: ille in aduocatione: ille in consiliū uocauit. Ita hæc. quo die feceris necessaria: eadē si quotidie fecisse te reputes inania uidentur: multo magis cū secesseris. Tunc enī subit recordatio: quot dies quā frigidis rebus absumpsi: quod euenit mihi postquam in Laurétino meo aut lego aliquid aut scribo: aut etiā corpori uaco: cuius futuris animus sustinetur. Nihil audio quod audisse: nihil dico quod dixisse poeniteat: Nemo apud me quæquam sinistris sermōibus carpit. neminē ipse repræhēdo: nisi tamē me cū pagæ cōmode scribo. nulla spe nullo timore sollicitor: nullis rumoribus inq̄tor. Mecū tantū & cū libellis loquor. O regiā sincerāque uitam. O dulce otium honestūque atque pene omni negotio pulchrius: O mare. o litus: uegetumque secretumque quā multa inuenitis. quā multa dictatis. Proinde tu quoque strepitū istū inanēque discursum & multos ineptos labores: ut primū fuerit occasio: relinque: teque studiis uel otio trade. Satius est enim: ut Attilius noster eruditissime simul & facetissime dixit: otiosum esse quam nihil agere. Vale.

C. Plinius Atrio Clementi suo Sal.

In quādo urbs nostra liberalibus studiis floruit: nunc maxie floret: multaque clara exēpla sūt. sufficeret unū Euphrates philosophus. Hūc ego in syria cū adolescētulus militarē penitus & domi inspexi: amarique ab eo laboraui: & si nō erat laborādū: Est. n. obuius & expositus plenusque humanitate quā præcipit: atque utinā sic ipse spem quā tūc ille de me concepit impleuerim: ut ille multum uirtutibus suis addidit. At ego illas nunc miror quia magis intelligo: quāquam ne nunc quidem satis intelligo. ut enī de pictore. sculptore. fictore: nisi artifex iudicare: ita nisi sit sapiens non potest prospicere sapientē. Quantū tamen mihi datur cernere: multa

in Eufrate sic eminet & elucet: ut mediocriter quoque doctos
aduertant & afficiant: disputat subtiliter. grauer. ornate: &
frequenter: etiam platonice illam sublimitatem & latitudinem
effingit. Sermo est copiosus: & uariis: dulcis in primis: & qui
repugnantes quoque ducat: & impellat. Ad haec proceritas cor-
poris. decora facies. demissus capillus. ingens & cana barba.
quae licet fortuita & inania putentur: illi tamen plurimum uenera-
tionis acquirunt. Nullus horror in cultu. nulla tristitia: mul-
tum seueritatis. reuerentis: ut occursum non reformides.
Vitae sanctitas summa: par comitas. insectat uitia non homines:
nec castigat errantes: sed emendat. Sequaris monentem attentus
& pendens: & persuadere tibi etiam cum persuaserit cupias. la uero
liberi tres: duo mares: quos diligentissime instituit: Socer Pom-
peius Iulianus: Cum caetera uita tua uel hoc uno magnus & cla-
rus: quod ipse provinciae princeps inter altissimas conditiones gene-
rum non honoribus principem. sed sapientia elegit: quod quod ego plu-
ra de uiro quo mihi frui non licet. An ut magis ager quod non li-
cet. Nam distringor officio ut maximo sic molestissimo: sedeo
pro tribunali: subnoto libellos: conficio tabulas: scribo pluri-
mas: Sed illitteratissimas litteras: soleo non nunquam: (Nam id
ipsum quando contingit) de his occupationibus apud Eufra-
tem queri. Ille me consolatur: affirmat & esse hanc philoso-
phiae & quidem pulcherrimam partem: Agere negotium pu-
blicum: cognoscere: iudicare: promere & exercere iusticiam:
quaeque ipsi doceant in usu habere: mihi tamen hoc unum non
persuadet: satius esse ista facere: quam cum illo totos dies au-
diendo discendoque consumere. Quo magis te cui uacat hortor
cum in urbem proxime ueneris: uenias autem ob hoc maturius:
illi te expoliendum limandumque permittas: neque enim
ego: ut multi: inuideo aliis bonum quo ipse careo: Sed contra
sensum quendam uoluptatemque percipio si ea quae mihi de-
negantur amicis uideo superesse. Vale.

C. Plinius, S. Fabio iusto suo, S.

Lim nullas mihi epistolas mittis. Nihil est inquis q̄
scribam: at hoc ipsum scribe nihil esse quod scribas
uel solum illud uide priores incipere solebat. Si uales
bene est: ego ualeo: hoc mihi sufficit: est enim maximū: lude-
re me putas: Serio peto: fac scia qd agas: qd sine sollicitudine
summa nescire nō possum. Vale.

C. Plinius Calestrio Tironi Sa. D.

i Acturam grauissimam fero: si iactura dicenda est tāti
uiri amissio: decessit Corelius ruffus & eodē spōte:
quod dolorē meū exulcerat. Est enim luctuosissimū
genus mortis: q̄ nō ex natura nec fatalis uidetur: Nā ut cūq̄
i illis qui morbo finiūtur magnū ex ipsa necessitate solatiū
est: In his uero quos accersita mors aufert hic insanabilis do-
lor est: qd̄ credūtur posse diu uiuere: Coreliū qdē sūma ra-
tio q̄ sapiētibus p̄ necessitate ē ad hoc cōsiliū cōpulis: quāq̄
plurimas uiuendi causas habentē: optimā cōsciētia: optimā
famā: maximam auctoritatem: præterea filiā: uxorē: nepotē:
sorores: interq̄ tot pignora ueros amicos: Sed tā lōga tā iiqua
ualitudine cōflictabatur: ut hęc tāta pretia uiuendi mortis
rationibus uincerentur. Tertio & xxx. āno ut ipsū audiebā
pedū dolore correptus est: patrius hic illi (Nā plerūq̄ mor-
bi quæq̄ p̄ successiones quasdā: ut alia traduntur) hūc ab-
stinētia: sanctitate: quoad uiridis ætas: uicit & fregit: nouissi-
me eū senectute ingrauescentem uiribus animi sustinebat.
Cum quidē incredibiles cruciatus & indignissima tormēta
pateretur. Iā enim dolor nō pedibus solis: ut prius insidebat:
sed oīa mēbra puagabat. Veni ad eū Domitiani tēporibus
i suburbāo iacentē: Serui e cubiculo recesserūt. habebāt. n.
hoc moris: quotiēs intrasset fidelior amicus: qn etiā uxor: q̄
q̄ oīs secreti capacissima: digrediebat. Circūtulit oculos: &
tur iqt me putas hos tātos dolores tā diu sustiere: ut. s. isti
latrōi uel uno die supsi. dedisses huic aīo par corpus: fecisset
qd̄ optabat: affuit tamē deus uoto cuius ille cōpos ut iā se

curus liberq; moriturus multa illa uitæ: sed mīora retiacu-
la abrupit: icreuerat ualitudo: quā tēperātia mitigare cōsue-
uit: tētauit: pseuerantē cōstātia fugit. lā dies alter: tertius: q̄r-
tus: abstinebat cibo, misit ad me uxor eius Hispulla cōmu-
nē amicū. C. Geiniū cū tristissimo nūcio destinasse Coreliū
mori: nec aut suis aut filiaē p̄cibus flecti: solū supeffe me a
quo reuocari posset ad uitā. Cucurri: puenerā i p̄ximū: Cū
mihī ab eadē Hispulla Iulius atticus nūciat: nihil iā ne me
qdē me ipetratur: tā obstinate magis atq; magis iduruisse:
dixerat sane medico admonēti cibū. quæ uox
quātū admiratiōis i aīo meo tantū desiderii reliqt. Cogito
quo amico: quo uiro careā. Impleuit quidē annū. vii. &. lx. q̄
ætās etiā robustissimis fatis lōga ē. Scio euasit p̄petuā uali-
tudinē. Scio decessit supstitibus suis: florēte re. p. q̄ illi om-
nibus suis charior erat: & hoc scio. Ego tamē tanq̄ iuuenis
& fortissimi morte doleo: doleo aut: licet me ibecillū putes
meo noie. amisi. n. amisi meæ uitæ testē: rectorē: magistrū. i
fūma dicā: qd' recēti dolore cōtubernali meo Caluissio dixi:
Vereor ne negligētius uiuā. p̄inde adhibe solatia mihi: non
hæc. senex erat. infirmus erat: hæc enī noui: Sed noua aliq̄:
sed magna quæ audierim nunq̄: legerim nunq̄. Nā q̄ audiui
quæ legi: sp̄ote succurūt: Sed tanto dolore superant.

C. Plinius Sosio Senectioni suo S.

Agnū prouētū poetarū annus hic attulit. toto mēse
aprii nullus fere dies quo nō recitaret aliquis: iuuat
me q̄ uigent studia: p̄ferūt se igenia hominū: & ostē-
tāt: tætsi ad audiendum pigre coitur: pleriq; i statioribus se-
dēt: tēpusq; audiendis fabulis conterūt: subīde sibi nūciari
iubent: an iam recitator intrauerit: an dixerit præfationem:
an ex magna parte euoluerit librum: tūc demū ac tūc quoq;
lente cuntanterque ueniūt: nec tamen p̄manēt: sed ante fi-
nem recedunt. Alii dissimulanter. & furtim. simpliciter alii
& libere. At hercule memoria parentum Claudium Cæ-

sarem ferunt cum in palatio spaciaretur audissetque clamore:
causam requisisse; cumque dictum esset recitare Nonianum:
subitu in recitanti inopinatumque uenisse. Nunc otiosissimus
quisque multo ante rogatus & identidem admonitus aut non
uenit; aut si uenit: queritur se diem quia non perdidit per
didisse, sed tanto magis laudandi probandi sunt quos a scri
bendi recitandi studio hæc auditorum desidia uel supbia
non retardat. Equidem prope nemini defui. Erant sane ple
rique amici. Neque enim est fere quisquam: quin nos amet:
ut studia non simulet. His ex causis longius quam destina
ueram tempus in urbe consumpsi: possum iam repetere se
cessum; & scribere aliquid: quod non recitem: ne uidear quorum
recitationibus affui non auditor fuisse: sed creditor. Nam ut
in cæteris rebus ita in audiendi officio perit gratia: si reposcat

C. Plinius Iunio Marico Salutem.

Etis ut fratris tui filiae prospiciam maritum: quod meri
to mihi potissimum iniungis. Scis enim quod opere sumum
illum uix suspexerim dilexerimque. Quibus ille ado
lescentiam meam exhortationibus fouerit: quibus etiam lau
dibus ut laudandus uiderer effecerit. Nihil est quidem quod
a te mihi mandari aut maius aut satius: nihil quod honestius
aut gratius a me suscipi possit: quam ut eligam iuuenem ex
quo nasci nepotes Aruleno rustico deceat: qui quidem diu que
rendus fuisset: nisi paratus & quasi prouisus esset. Militius
æmilianus acclinus: qui me ut iuuenis iuuenem: (est enim minor
pauculis annis) familiarissime diligit: ita reueretur ut senem:
nam ita formari a me & institui cupit: ut ego a uobis solebam.
Patria est ei Brixia ex illa nostra Italia quæ multum adhuc ue
recundiam multum frugalitatis atque etiam rusticitatis antiquæ re
tinet ac seruat. Pater Minutius Macrinus equestris ordinis pri
nceps: quia nihil altius uoluit. Allectus enim a Diuo Vespasiano
inter prætorios honestam quietem huic nostræ ambitioni
dicam an dignitati constantissime prætulit: habet auiam ma
ternam Serranam procul a me municipio patauino: nostri

loci mores: Serrana tamen patauinus quoque feueritatis exemplum est. Contigit & auunculus ei. P. Acilius, grauitate: prudentia: fide prope singulari: In summa nihil erit in domo tota quod non tibi tanquam in tua placeat. Aciliano uero ipsi plurimum uigoris industriae: quique in maxima uerecundia quaesturam: tribunatum: praetoram honestissime percurrit ac iam pro se tibi necessitatem ambiendi remisit. Est etiam illi facies liberalis multo sanguine: multo rubore suffusa. Est in genua totius corporis pulchritudo: & quidem Senatorius decor: quae ego nequaquam arbitror negligenda. debet enim hoc castitati puellarum quasi praemium dari. nescio an adiicia esse patri eius amplas facultates: nam cum imaginor uos: quibus quaerimus generum: silendum de facultatibus puto: cum publicos mores atque etiam ciuitatis leges intueor: quae uel in primis census hominum spectandos arbitratur. ne id quidem praetereundum uidetur: & sane de posteris & his pluribus cogitanti: Hic quoque in conditionibus diligendi ponendus est calculus. Tu fortasse me putes indulgisse amori meo: supraque ista: quam res patitur sustulisse. At ego fide mea spondeo futurum ut omnia longe ampliora quam a me praedicantur inuenias. diligo quidem adolescentem ardentissime sicut meretur: Sed hoc ipsum amantis est: non onerare eum laudibus. Vale.

C. Plinius Septitio Claro suo Sal. D.

Eus tu promittis ad coenam: nec uenis: dicitur ius: h ad assem impendium reddes: nec id modicum. paratae erant lactucae singulae: cocleae trinae: oua bina: alica cum mulso & niue. Nam hanc quoque computabis: immo hanc in primis: quae perit in ferculo: oliuae bethicae, cucurbitae, bulbi. alia mille non minus lauta. Audisses Comaedum uel lectorem uel lyristem: uel quae mea liberalitas ois. At tu apud nescio quem ostrea: uuluas: echios Gaditanos maluisti, dabis poenas non dico quas: dure fecisti: inuidisti nescio an tibi: certe mihi

Sed tamen & tibi. Quantum nos iussimus: risissimus: studissemus. Potes apparatus coenare apud multos: nusquam hilarius: simplicius: incautius: in summa experire. Et nisi postea te aliis potius excusaueris: mihi semper excusa. Vale.

C. Plinius Erutio suo Salu.

Mabam Pompeium Saturninum: hunc dico nostis: laudabam; eius ingenium: etiam antequam sciret quod uarium: quam flexibile: quam multiplex esset: nunc uero totum me tenet: habet: possidet. audiui causas agentem acriter & ardeat: nec minus polite & ornate siue meditata siue subita proferret: adsunt aptae crebraeque sententiae: grauis & decora constructio: sonantia uerba & antiqua. Omnia haec mire placet: cum impetu quodam & flumine peruehatur: placent si retractentur. Senties quod ego cum orationes eius in manus sumpseris: quas facile cuiuslibet ueterum: quorum est aemulus comparabis. Idem tamen in historia magis satisfacet uel breuitate uel luce uel suauitate uel splendore etiam sublimitate narrandi: nam in orationibus idem quod in orationibus est: pressior tamen & circumscripior & adductior: praeterea facit uersus: quales aut Catullus aut Caluus. Quatum illis leporis dulcedinis amaritudinis amoris inserit. Saeped data opera mollius leuiusque: duriusculos quosdam & hoc quasi Catullus aut Caluus. Legit mihi nuper epistolas: quas uxoris esse dicebat: Plautum uel Terentium metro solutum legi credidi. Quae siue uxoris sunt ut affirmat: siue ipsius ut negat: pari gloria dignus est: qui aut illa componat aut uxorem quam uirginem accepit tam doctam politemque reddiderit. Est ergo mecum per diem totum: eundem antequam scribam: eundem cum scripsi: eundem etiam cum remittor: non tanquam eundem lego. Quod te quoque ut facias & hortor & moneo. neque enim debet operibus eius obesse quod uiuit. At si iter eos quos nunquam uidimus florisset: non solum libros eius: uerum etiam imagines conquireremus. Eiusdem nunc honor praesentis & gloria quasi satietate la-

guescit: & hoc paruum malignūq; est nō admirari hominē
admiratiōe dignissimū: quia uidere alloqui audire cōplecti
nec laudare tantum: uerum etiam amare contingit. Vale.

C. Plinius Cornelio Cithiano Salutem.

St adhuc hominibus curæ fides & officium; Sunt q
defunctorum quoq; amicos agant. Titinius capito
ab Impatore nostro impetrauit ut sibi liceret statuā
L. Syllani in foro ponere: pulchrum & magna laude dignū
amicicia principis in hoc uti: quantūq; gratia ualeas aliorū
honoribus experiri: Est omnino capitori in usu claros cole
re: Miq; est qua religione: quo studio: imagines brutorum
Cassiorum: Catonum domi ubi potest habeat: Idem clarissi
mi cuiusq; uitam egregiis carminibus exornat: Scias ipsum
pluribus uirtutibus abundare: qui alienas sic amat: redditus
est. L. Syllano debitus honor: cuius imortalitati capito pro
spexit pariter & suæ. Neque enim magis decorum & isigne
est statuam in foro populi romani habere: q̄ ponere. Vale.

C. Plinius Suetonio Tranquillo. Sal. D.

Cribis te perterritum somnio uereri: ne quid aduer
si in actione patiaris: rogas ut dilationem petam: &
pauculos dies certe proximum excusem: difficile est
sed experiar: Refert
tamen euentura soleas an contraria somniare: mihi reputā
ti somnium meum: Istud quod times tu egregiam actionē
portendere uidetur: suscepere causam Iulii pastoris: cum
mihi quiescenti uisa ē socrus mea aduoluta genibus ne age
rem obsecrare. Et eram acturus adolescentulus adhuc. Erā
in quadruplici iudicio. Eram cōtra potentissimos ciuitatis
atq; etiam Cæsaris amicos. Quæ singula excutere mihi mē
tem post tam triste somniū poterant. Egit tamen:
illud Nam mihi patria & si qd
charius patria fides uidebatur: prospere cessit: atq; ideo illa
actio mihi aures hominū illa ianuam famæ patefecit: p̄ide

dispice an tu quoque sub hoc exemplo somniū istud ī bonū uertas: Aut si tutius putas illud cautissimi cuiusque præceptum quod dubites ne feceris: id ipsum rescribe. Ego aliquā stropham inueniam: agamque causam tuam ut ipsam agere tu cum uoles possis. Est enī sane alia ratio tua: alia mea fuit: nam iudicium cētumuirale differri nullo modo: istud ægre quidem: sed tamen potest. Vale.

C. Plinius Romano Firmo Sal.

Vniceps tu meus & condiscipulus: & ab ineunte ætate contubernalis: pater tuus: & matri & auunculo meo: mihi etiam quantum ætatis diuersitas passa est familiaris. magnæ & graues causæ: cur suscipere augere dignitatem tuam debeam? Esse autem tibi centum milium censum satis indicat: quod apud nos decurio es. Igitur ut te non decurione solum: uerum etiam equite Romano perfruamur: offero tibi ad implendas equestres facultates. ccc. milia nummum. Te memorem huius muneris amicitiaē nostræ diuturnitas spondet. Ego ne illud quidem admoneo: quod admonere deberem: nisi scirem sponte facturum: ut dignitate a me data quam modestissime utare. nam sollicitus custodiendus ē honor: ī quo etiam beneficium amici tuē dum est. Vale.

C. Plinius Cornelio Tacito suo Sal.

Requēs mihi disputatio est cum quodam docto homine & perito: cui æque nihil in causis agēdis ut breuitas placet. Quā ego custodiendā esse cōfiteor: si cā permittat: alioquin præuaricatio est: transire dicenda: præuaricatio etiam cursim & breuiter attigere quæ sint iculcāda: infigenda: repetenda. Nam plerisque longiore tractu uis quædam & pondus accedit: utque corpori ferrum sic oratio animo non ictu magis quam mora imprimitur: Hic ille mecum auctoritatibus agit. Ac mihi ex græcis oratiōes lysiaē ostentat. Ex nostris gracchorū Catōisq; quorū sane plurimæ sunt

circuncisæ & breues. Ego Lysia demosthenem: æschinem:
periclem multosque præterea Gracchis: & Catoni Pollio-
nem: Cæsarem: Cælium: in primis. M. Tullium oppono: cu-
ius oratio optima ferè esse quæ maxima. Et hercule ut aliæ
bonæ res. Ita bonus liber quisque melior est quo maior. Vi-
des ut statuas: signa: picturas: hominum denique: multorū
que animalium formas: arborum etiam: si modo sint deco-
ræ: nihil magis quam amplitudo commendet. Idem oratiōi-
bus euenit: quin & uoluminibus ipsis auctoritatem quādā
& pulchritudinem adiicit magnitudo. Hæc ille multa que
alia: quæ a me in eandem sententiam solēt dici: ut est in di-
sputando inconpræhensibilis & lubricus: ita eludit: ut cōtē-
dat hos ipsos quorum orationibus nitar pauciora dixisse: quā
ediderint: Ego contra puto. Testes sunt multæ multorum
orationes & Ciceronis pro murena: & pro uareno: in quibus
breuis & quasi nuda subscriptio quorūdam criminum solis
titulis indicatur: ex his apparet illum permulta dixisse: cum
ederet omisisse. Idem pro cluentio ait se totam causam uete-
ri instituto solū perorasse. Et pro Cornelio quadriduo egisse:
ne dubitare possimus: quæ per plures dies ut necesse erat la-
tius dixerit: postea recisa ac repurgata in unum librum gran-
dem quidem unū tamen coarctasse. At aliud est actio bonæ:
aliud oratio. Scio nonnullis ita uideri. Sed ego forsitan fallor:
persuasum habeo posse fieri: ut sit actio bona: quæ non sit bo-
na oratio: non posse autem non bonam actionē esse quæ non
sit bona oratio: est enim oratio actionis exemplar & quasi ar-
chetypon. Ideo in optima quaque mille figuras extemporales
inuenimus: in his etiam quas tantum editas scimus: ut in
uerrem: artificem quem? Nam recte admones: polycletum
esse dicebant. Sequitur ergo ut actio sit absolutissima: quæ
maxime orationis similitudinem expresserit si modo iustū
& debitum tempus acceperit: quod si negetur: nulla oratio-
nis: maxima iudicis culpa est. Ad sunt huic opinioni meæ le-

ges: quæ longissima tempora largiuntur: nec breuitatem dicentibus: sed copiam: hoc est diligentiam suadet: quam præstare nisi in angustissimis causis non potest breuitas. Adiciam quod me docuit usus magister egregius: frequenter egi: frequenter iudicavi: frequenter in consilio fui. aliud alios mouet. at plerumque parua res maximas trahunt: Varia sunt hominum iudicia: uariae uoluntates. Inde qui eandem causam simul audierunt: sæpe diuersum: interdum idem. Sed ex diuersis animi motibus sentiunt. præterea suæ quisque inuentioni fauet: & quasi fortissimum complectitur: cum ab alio dictum est: quod ipse præuidit. omnibus ergo dandum est aliquid quod teneant: quod agnoscat. Dixit aliquando mihi Regulus cum simul adessemus: Tu omnia quæ sunt in causa putes exequenda. Ego iugulum statim uideo. hunc premo: premit sane quod elegit: sed in eligendo frequenter errat. respōdi posse fieri: ut genu esset aut tibia aut talus ubi iugulum putaret: at ego inquam qui iugulum prospicere non possum: omnia pertento: omnia experior: Denique

utque in cultura agri non uineas tantum: uerum etiam arbuta: nec arbuta tantum: uerum etiam campos curo & exerceo: utque in ipsis campis: non far aut siliginem solam: sed ordeum fabam cæteraque legumina sero: sic in actione plura quasi semina latius spargo: ut quæ prouenerint colligam. Neque enim minus in perspicua & incerta fallacia sunt iudicium ingenia: quam tempestatum terrarumque: nec me præterit summum oratorem Periclem sic a comico Eupoli de laudari.

Verum huic ipsi pericli nec illa nec illud breuitate uel uelocitate uel utraque (diferunt enim) sine facultate summa contigisset: nam delectare: persuadere copiam dicendi spaciumque desiderat. Reliquere

uero Aculeum in audientium animis is demum potest: qui
nō pūgit: sed ifigit. Adde quæ de eodē Pericle comicus alter

Nō enim amputata oratio & abscissa: sed lata magna &
excelsa tonat fulgurat omnia deniq; pturbat ac miscet: opti-
mus tamē modus est: quis negat? Sed non minus nō seruat
modum qui infra rem: quam qui supra. Qui astrictius: quā
qui effusius dicit. Itaq; audis frequenter: ut illud immodice:
& redundanter. Ita hoc ieiune & infirme: alius excessisse ma-
teriam: Alius dicitur non implese: æque uterque: Sed ille i-
becillitate. hic uiribus peccat: Quod certe & si non limatio-
ris: maioris tamen ingenii uitium est: nec uero cum hæc di-
co illum homericum probo: sed hunc

non quia

non & ille mihi ualidissime placeat:

Si tamen detur ele-

ctio illam plenam orationem similem niuibus hibernis id ē
crebram assiduam & largam: Postremo diuinā & cælestem
uolo. At est gratior multis actio breuis. Est quidem: sed ier-
tibus: quorum delitias desidiamq; quasi iudicium respicere
ridiculum est. Nam si hos in consilio habeas nō solū satius
est breuiter dicere: sed omnino nō dicere. Hæc est adhuc sē-
tentia mea quam mutabo si dissenseris tu. Sed plane cur dis-
sentias explices rogo. Quamuis enim credere tuæ auctori-
tati debeā: Rectius tamen arbitror in tanta re ratione quā au-
ctoritate superari. Proinde si non errare uideor id ipm quā
uoles breui epistola scribe. Confirmaueris enim iudicium
meum: si erraero longissimam para: non corrumperis: qui ti-
bi si mihi accederes: breuis epistolæ necessitatem: si dissenti-
res: longissimæ imposui. Vale.

C. Plinius Plinio Paterno suo Salutem.

T animi tui iudicio: sic oculorum plurimū tribuo:
non quia multum ne tibi placeas: sed quia tātū quā-
tum ego sapis. quamquā hoc quoq; multū ē. omīssis
iocis: credo decentes esse seruos: qui sunt empti mihi ex cō-
silio tuo: superest ut frugi sint. Quod de uenalibus melius
auribus quam oculis iudicatur. Vale.

C. Plinius Catilio Seuero suo salutem.

Iu iam in urbe hæreo: & quidem attonitus: pturbat
me longa & pertinax ualitudo Titi Aristonis: quem
singulariter & miror & diligo: nihil ē enī illo graui-
us: sanctius: doctius: ut mihi nō unus homo: sed litteræ ipæ:
oēsq; bonæ artes in uno homine summū periculum adire
uideat. Quī peritus ille & priuati iuris & publici: q̄tū rex:
quantum exemplorum: quantū antiquitatis tenet: nihil est
qd̄ doceri uelis: qd̄ ille docere nō possit. Mihi certe quotiēs
aliquid abditum quæro: ille thesaurus est. Nam quanta ser-
monibus eius fides: quanta auctoritas: quam pressa & deco-
ra cunctatio: quid est quod non statim sciat: & tamen ple-
rumq; hælitat: dubitat diuersitate rationum: quas acri ma-
gnoq; iudicio ab origine causisque primis repetit: discernit:
expendit. Ad hæc quam parcus in uictu: quam modicus in
cultu. Soleo ipsum cubiculū illius ipsumque lectum ut ima-
ginem quandam priscae frugalitatis aspicere. ornat hæc ma-
gnitudo animi: quæ nihil ad ostentationem: omnia ad cōsci-
entiam refert: recteque facti non ex populi sermone merce-
dē: sed ex facto perit. In summa nō facile q̄s quēquā ex istis
qui sapientiæ studium habitu corporis præferūt: Huic uiro
comparabit. Non quidem gymnasia sectatur: aut porticus:
nec disputationibus lōgis aliorum otium suumq; delectat.
Sed in toga negotiisq; uersatur: multos aduocatione: plures
consilio adiuuat. Nemini tamen istorum castitate: pietate:
iusticia: fortitudine: & primo loco cesserit: Mirareris si inter

b. iiii.



esses: qua patientia hanc ipsam ualitudinem toleret: ut do-
lori resistat: ut sitim differat: ut incredibilem febrium ardo-
rem immotus opertusque transmittat. Nuper me paucosq;
mecum: quos maxime diligit aduocauit: rogauitque ut me-
dicos consuleremus: de summa ualitudinis: ut si esset insu-
perabilis sponte exiret e uita. Si tamen difficilis & longa: re-
sisteret: maneretque: Dandum enim precibus uxoris: dandū
filix lachrymis: dādum etiam nobis amicis: ne spes nostras
si modo non essent inanes uoluntaria morte defereret. Id
ergo arduum in primis: & præcipua laude dignum puto.
Nam impetu quodam & instinctu procurrare ad mortem
commune cum multis. deliberare uero & causas eius expen-
dere: utque suaserit ratio uitæ mortisque consilium suscipe-
re uel ponere: ingentis est animi: & medici quidem secunda
nobis pollicentur: Superest ut promissis deus annuat. Tan-
demque me hac sollicitudine exoluat. Qua liberatus Laurē-
tinum meum hoc est libellos & pugillares studiosumque
otium repetam. Nunc enim nihil legere nihil scribere aut as-
sidenti uacat: aut anxio libet. Habes quid timeam: quid op-
tem: quid etiam in posterum destinem. Tu quid egeris: quid
agas: quid uelis agere inuicem nobis: sed latioribus epistolis
scribe. erit confusio meæ non mediocri solatium: si tu ni-
hil quereris. Vale.

C. Plinius Pompeio Falconi Salu,

Consulis an existimem te ī tribunatu causas agere de-
cere: plurimum refert: quid esse tribunatum putes
inanē umbram & sine honore nomen: an potestātē
sacro sanctā: & quā in ordinem cogi: ut a nullo ita nec a se q-
dem deceat: Ipse cum tribunus essem: errauerim fortasse: q-
me aliquid putauit: sed tāquam essem: abstinui causis agēdis.
primū quod deforme arbitrabar cui assurgere: cui loco ce-
dere omnes oporteret: hunc omnibus sedentibus stare: &
qui iubere posset tacere quencunq; huic silentiū clepsydra

indici: & quem interfari nefas esset: hunc etiam cōuitia au-
dire. Et si multa pateretur inertem: si ulcisceretur: insolentem
uideri. Erat hic quoq; æstus: si ante oculos forte me ap-
pellasset: uel ille cui adesset: uel ille contra quem interce-
derem & auxilium ferrem aut quiescerem sileremque: & q̄-
si eiurato magistratu priuatum ipse me facerem. His ratio-
nibus motus malui me tribunum omnibus exhibere: quam
paucis aduocatum. Sed tu: iterum dicam: plurimum interest:
quid esse tribunatum putes. personam tibi imponas: quæ sa-
pienti uiro ita aptanda est ut præferatur. Vale.

C. Plinius Bebio Hispano suo Sal.

Ranquillus contubernalis meus uult emere agellū
quem uenditare amicus tuus dicit. Rogo cures quā-
ti æquum est emat. Ita enim delectabit emisse: nam
mala emptio semper ingrata est: eo maxime quod exprobra-
re stultitiam domino uidetur. In hoc autem agello si modo
arriserit pretium tranquilli mei stomachum multa sollici-
tant uicinitas urbis: opportunitas uia: mediocritas uillæ:
modus ruris qui aduocet magis quam dstringat. Scholasti-
cis porro: ut hic est sufficit abunde tantum soli: ut releuare
caput: refigere oculos: reptare per limitem: unam semitam
terere: omnesque uiticulas suas nosse: & numerare arbuscu-
las possint. Hæc tibi exposui: quo magis scires quantum ille
esset mihi: ego tibi debiturus. Si prædiolum istud quod cō-
mendatur his dotibus tam salubriter emerit: ut poenitentiæ
locum non relinquat. Vale.

C. Plinii. S. Nouocomensis Liber primus explicit.

Incipit Secundus liber feliciter. C. Plinius Romano suo salutem plurimam dicit.

Ost aliquot annos insigne atq; etiã memorabile populi Romani oculis spectaculũ exhibuit publicũ funus Verginii ruffi maximi & clarissimi ciuis & pinde felicitis. Triginta annis gloriæ suæ supuixit. Legit scripta de se carmina: Legit historias: & posteritati suæ iterfuit. pfunctus ẽ tertio cõsulatu: ut summũ fastigiũ privati hominis impletet. cũ principis nolisset. Cæsares qbus suspectus atque etiã inuisus uirtutibus fuerat euasit: reliq; incolumem optimũ atq; amicissimũ tanquam ad hunc ipsum honorẽ publici funeris reseruatus: annũ tertium & octogesimũ excessit in altissima tranquillitate: pari ueneratione: usus est firma ualitudine nisi quod solebãt ei manus tremere: citra dolorem tamen: aditus tantum mortis durior longiorq;: Sed hic ipse laudabilis. Nam cum uocem præpararet acturus in cõsulatu principi gratias: Liber quem forte acceperat grandiore & seni & stanti ipso pondere elapsus est. Hunc dum cõsequitur colligitq; per leue & lubricum pauimentum fallente uestigio cecidit: coxamque fregit: quæ parum apte collocata reluctante ætate male coit. Huius uiri exequiæ magnũ ornamentum principi: magnum sæculo: magnum etiam foro & rostris attulerunt. Laudatus est a consule Cornelio tacito. Nã hic supremus cumulus fœlicitatis eius accessit laudator eloquentissimus: & ille quidẽ plenus annis abiit: plenus honoribus illis etiam quos recusauit: nobis tamen quærendus ac desiderandus est ut exemplar æui prioris. Mihi uero præcipue: qui illum non solum publice quantum admirabar: tantum diligebam. primũ quod eadẽ utriq; regio municipia finitima utriq;: agri etiã possessiõesq; cõiunctæ: p̄terea q̄ ille tutor mihi relictus affectũ parentis exhibuit. Sic candidatũ

me suffragio ornauit: sic ad omnes honores meos ex secessibus accurrat: cum iam pridem eiusmodi officiis renunciaisset: sic illo die quo sacerdotes solent nominare quos dignissimos sacerdotio iudicant: me semper nominabat. Quin etiam in hac nouissima ualitudine ueritus ne forte iter quicumque uiros ipse crearetur: qui minuendis publicis sumptibus iudicio senatus constituebantur: Cum illi tot amici senes consularesque superessent me huius ætatis per quem excusaretur elegit: his quidem uerbis etiam si filium haberem tibi mandarem: Quibus ex causis necesse est tanquam immaturam mortem eius in sinu tuo defleam: si tamen fas est aut flere aut omnino mortem uocare: qua tanti uiri mortalitas magis finita quam uita est. Uiuat enim uiuetque semper: atque etiam latius in memoria hominum & sermone uersabitur: Postquam ab oculis recessit: Volui tibi multa alia scribere: sed totus animus in hac una contemplatione defixus est. Verginium cogito: Verginium uideo: Verginium iam uariis imaginibus recentibus tamen audio: alloquor: teneo. cui fortasse aliquos ciues uirtutibus pares & habemus & habebimus: gloria neminem. Vale.

C. Plinius Paulino suo salutem.

Rascor: nec liquet mihi an debeam: sed irascor: scis quam sit amor iniquus interdum: impotens sæpe:

semper hæc tamen causa magna est nescio an iusta: sed ego tanquam non minus iusta quam magna sit: grauius irascor. quod a te tam diu litteræ nullæ: exorare me potes uno modo: si nunc saltim plurimas & longissimas miseris. hæc mihi sola excusatio uera: cæteræ falsæ uidebuntur: non sum auditurus: non enim Romæ uel occupatior eram: illud enim nec dii sinant ut infirmior: ipse ad uillam partim studiis partim desidia fruor quo cum utrumque ex otio nascitur.

C. Plinius Nepoti suo salutem.

Agna ipsa uero fama præcesserat: maior inuentus est: summa est facultas: copia: ubertas: dicit semper ex tempore:

Sed tanquam diu scripserit. sermo græcus immo atticus: p-
fationes tersæ: graciles: dulces: graues iterdum & erectæ: po-
scit controuersias plures: electionem auditoribus pmittit:
Sepe etiam paratus surgit. Iam ergo incipit. Statim omnia
ac pene pariter ad manum: sensus reconditi. Occursant uer-
ba: sed q̄lia: quæ sita & exulta: multa lectio in subitis: mul-
ta scriptio elucet: procemiatur apte: narrat aperte: pugnat
acriter: colligit fortiter: ornat excelsè. Postremo docet. dele-
ctat. afficit. Quod maxime dubites crebra
crebri syllogismi circumscripti & effecti: quod stilo quoque
assequi magnum est. Incredibilis memoria: repetit altius q̄
dixit ex tempore. ne uerbo quidem labitur: ad tantam

studio & exercitatione puenit. Nā diebus &
noctibus nihil aliud agit: nihil audit: nihil loquitur: annum
sexagesimum excessit & adhuc scholasticus tātum est: quo
genere hominum nihil aut simplicius aut sincerius aut me-
lius. nos uero q̄ i foro uerisq; litibus terimur multū malitiæ
(quamuis nolumus) addiscimus schola & auditoriū ut ficta
causa res inermis innoxia est: nec minus felix senibus præ-
fertim: Nam quid in senectute scœlicius q̄ quod dulcissimū
est in iuuenta: quare ego isæum non disertissimum tātum.
uerum etiam beatissimum iudico: quem tu nisi cognoscere
concupiscis saxeus ferreusq; es. proinde si non ob alia nosq;
iplos: at certe ut hūc audias ueni. Nunq̄ ne legisti Gaditanū
quendam Titi Liuii nomine gloriaq; commotū ad uisendū
eū ab ultimo terrarū orbe uenisse: statiq; ut uiderat abisse?

Illitteratū iners ac pene etiā turpe ē nō puta-
re tātī cognitionē: qua nulla ē iucūdior nulla pulchrior: nul-
la deniq; humanior: dices: habeo hic quos legā nō minus di-
sertos etiā: sed legēdi semp occasio ē: audiēdi nō semp: præ-
terea multo magis ut uulgo diciē uiua uox afficit: Nā licet
acriora sint quæ legas: altius tamē in aīo sedēt: q̄ pnūciatio
uultus: habitus: gestus etiā dicētis affigit: nisi uero fallū puta

mus illud æschynis qui cum legisset rhodiis orationem Demosthenis: admirantibus cunctis adiecisse fertur: &

credimus erat æschynes si Demostheni
eadem illa pronunciaſſe ipſum qui pepererat: quæ oia huc
tendunt ut audias iſæum uel ideo tantum ut audieris. Vale.

C. Plinius Caluiniæ ſuæ ſalutem.

I pluribus pater tuus uel uni cuiſlibet aliq̄ etiã mihi
deuiſſet fuiſſet fortaiſſe dubitandum an adires hære
ditatẽ etiã uiro grauẽ. Cum uero ego adductus af
finitatis officio dimiſſis omnibus qui nõ dico moleſtiores:
ſed diligentiores erant creditor ſolus extiterim: cumq; ui
uente eo nubenti tibi in dotem centum millia contulerim.
præter eam ſummã quã pater tuus quaſi de meo dixit: erat
enĩ ſoluenda de meo: Magnũ habes facilitatis meæ pignus:
cuius fiducia debes famam defuncti pudoremque ſulcipe:
ad quod ne te magis uerbis quã rebus horter: Quicq; pa
ter tuus mihi debuit acceptum tibi fieri iubeo. Nec ẽ quod
uerearis ne ſit mihi iſta oneroſa donatio: Sunt q̄dem nobis
omnino modicæ facultates: dignitas ſumptuoſa: reditus p̄
pter conditionem agellorum neſcio minor an incertior. Sed
quod ceſſat ex reditu: frugalitate ſuppletur: ex qua uelut ex
fonte liberalitas noſtra decurrit. Quæ tamen ita tẽperanda
eſt: ne nimia profuſione inareſcat. Sed temperanda in aliis: i
te uero facile ratio conſtabit: etiam ſi modum exceſſerit.

C. Plinius Luperco ſuo ſalutem.

Ctionem frequenter & a te efflagitatam & a me ſem
per promiſſam exhibui tibi: nõdum tamen totam:
adhuc enĩ pars eius p̄politur. Interim quæ abſolutio
ra mihi uidebãt nõ fuit alienũ iudicio tuo traditũ iri. Rogo
intentionem ſcribentis accommodes: nihil enim adhuc iter
manus habui: cui maiorem ſolicitudinem præſtare deberẽ.
Nam in cæteris actionibus exiſtimatiõĩ hominum di i gen

tia tantum & fides nostra: in hac etiam pietas subiicietur. Inde & liber creuit dum ornare patriam & amplificare gaudemus: pariterque & defensionem eius deseruimus & gloriae. Tu tamen haec ipsa quantum ratio exegerit reseca. Quoties enim ad fastidium legentium deliciasque respicio: intelligo nobis commendationem libri ex ipsa mediocritate petendam. Idem tamen qui a te hac austeritatem exigo cogor id quod diuersum est postulare ut in plerisque frontem remittas. Sunt enim quaedam adolescentium auribus danda: praesertim si materia non refragetur: Nam descriptiones locorum quae in hoc libro frequentiores erunt non historice tantum sed prope poeticæ prosequi fas est. Quod tamen si quis extiterit qui putet nos latius fecisse quam orationis facultas exigat: huius ut ita dixerim tristitiam reliquæ partes actionis exorare debebunt: adnixi certe sumus: ut quælibet diuersa genera lectorum per plures dicendi species teneremus: Ac sicut ueremur: ne quibusdam pars aliqua secundum suam cuiusque naturam non probetur: ita uidemur posse committere: ut uniuersitatem omnibus uarietas ipsa commendet. Nam & in ratione ipsa conuiuiorum quamuis a plerisque cibis singuli temperemus: totam tamen coenam laudare solemus omnes: nec ea quae stomachus noster recusat adimunt gratiam illis a quibus capitur. Atque haec ego sic accipi uolo: non tanquam affectum esse me credam sed tanquam assequi laborauerim: Fortasse non frustra: si modo tu curam tuam admoueris: interim mox iis quae sequentur dices te non posse satis diligenter id facere: nisi prius totam actionem cognoueris: Fateor: in praesentia tamen & ista tibi familiariora fient: & quaedam ex his talia erunt: ut per partes emendari possint. Etsi enim auulsam statuæ caput aut membrum aliquod inspiceres: non tu quidem ex illo posses congruentiam æqualitatemque deprehendere: posses tamen iudicare an id ipsum satis elegans esset. nec alia ex causa principios

libri circunferuntur, quā quia existimatur pars aliqua etiā sine cæteris esse perfecta. longius me prouexit dulcedo quædam tecum loquendi. Sed iam finem faciam: ne modū quē tiam orationi adhibendum puto: in epistola excedā. Vale.

C. Plinius Auito suo salutem.

Ongum est altius repetere: nec refert: quemadmodū acciderit: ut homo minime familiaris cœnarē apud quendam ut sibi uidetur lautum & diligentem: Ve mihi sordidum simul & sumptuosum: Nā sibi & paucis opima quædam: Cæteris uilia & minuta ponebat, uinum etiā paruulis lagunculis in tria genera descripserat: non ut potestas eligēdi. Sed ne ius esset recusandi. Et aliud sibi & nobis: aliud minoribus amicis: Nam gradatim amicos habet: aliud suis nostrisque libertis: animaduertit qui mihi proximus recumbebat. Et an probarem interrogauit: Negauit tu ergo inquit quam cōsuetudinem sequeris? Eadem omnibus pono. Ad cœnam enim non ad notam inuito, cunctisque rebus exæquo: quos mēsa & toro æquauit. Etiam ne libertos? etiā: conuictores enim tunc: non libertos puto. Et ille: magni tibi constat? Minime, qui fieri potest, quia scilicet liberti mei non idem quod ego bibunt: sed idem ego quod liberti. Et hercule si gulæ temperes: non est onerosum: quo utaris ipse communicare cum pluribus. Illa ergo reprimenda: illa quasi in ordinem redigenda est si sumptibus parcas, quibus aliquando rectius tua continentia quam aliena cōtumelia cōsulas: Quorsus hæc? ne tibi optimæ indolis iuueni quorundam immensa luxuria spetiem frugalitatis imponat: conuenit autem amor in te meo quotiens tale aliquid inciderit sub exemplo præmonere quid debeas fugere. Igitur memēto nihil magis esse uitādum: quam istam luxuriæ & sordiuū nouam societate: quæ cum sint turpissima discreta ac separata turpius iunguntur. Vale.

C. Plinius Macrino suo salutem.

Eri a senatu Vestricio prícipe auctore Spurinæ triū
phalis statua decreta est; non ita ut multis qui nun-
quā in acie steterunt; nunquā castra uiderunt; nun-
quam denique tubarum sonum nisi i spectaculis audierūt:
Vere ut illis qui decus istud sudore & sanguine & factis asse-
quebantur; Nam Spurina bruetorum regem ui & armis in-
duxit in regnum ostentatoq; bello ferocissimam gentē: qđ
est pulcherrimum uictoriæ genus: terrore p̄domuit: & hoc
quidem uirtutis præmium. Illud solatiū doloris accepit: qđ
filio eius Coctio quem amisit absens: habitus est Honor ita
tuæ: rarum id in iuvene: Sed pater hoc quoque merebatur:
cuius grauissimo uulneri magno aliquo fomento medēdū
fuit. Præterea Coctius ipse tam clarum specimen idolis de-
derat: ut uita eius breuis & angustā debuerit hac ueluti im-
mortalitate perfrui. Nam tanta ei grauitas: auctoritas: fan-
ctitas etiam ut posset senes illos puocare uirtute qbus nūc
honore adæquatus est. Quo quidem honore quantum ego
interpretor nō modo defuncti memoriæ dolori patris: uerū
etiam exemplo prospectum est: acuent ad bonas artes iuue-
tutem: adolescentibus: ut digni sint modo: tanta præmia cō-
stituta: acuent principes uiros ad liberos suscipiēdos & gau-
dia ex superstitionibus: & ex amissis tam gloriosa solatia. His
ex causis statua Coctii publice lætor: nec priuatim minus:
amari cōsummatissimū iuuenē tā ardentem quā nūc impa-
tienter requiro: Erit ergo pergratum mihi hanc effigiem
eius subinde intueri: subinde respicere: sub hac consistere:
præter hanc commear. Etenim si defunctorū imagines do-
mi positæ dolorem nostrum leuant: quanto magis eæ qbus
in celeberrimo loco non modo species & uultus illoꝝ sed
honos & gloria refertur. Vale.

C. Plinius Caninio suo salutem.

Tudes: an piscaris? an uenaris? an simul omnia? pos-
sunt enim omnia simul fieri ad larium nostrum:

Nam lacus pisces:feras siluæ: quibus lacus cingitur. Studia
altissimus iste secessus affatim suggerit: Sed siue oïa simul:
siue aliquid facias non possum diccre: inuideo: angor tamē
non & mihi licere: quæ sic concupisco: ut æger uinū balnea
fontes. Nunq̄ hos: ne arctissimos laqueos: si soluere negat:
abrumpam: nunq̄ puto. Nam in ueteribus negotiis noua
acrescunt: nec tamen priora peraguntur: tot nexibus tot q̄
si cathenis maius indies occupationutu agmen extenditur.

C. Plinius Apollinari suo salutem.

Nxium me & inquietum habet petitio Sexti Euritii
mei: afficior cura & quam pro me sollicitudinē non
adii: quasi p me altero patior & alioquin meus pu-
dor mea existimatio mea dignitas i discrimen adducit. Ego
sexto latū clauū a Cæsare nostro: ego q̄sturā ipetraui: meo
suffragio peruenit ad ius tribunatus petēdi: quē nisi optinet
in senatu: uereor ne decepisse Cæsarem uidear. Proinde adni-
tendum est mihi ut talem omnes eum iudicent qualē eū eē
princeps mihi credidit: quæ causa si studium meum non in-
citaret: adiutum tamen cuperem iuuenem probissimū: gra-
uissimum eruditissimum & omni deniq; laude dignissimū:
Et quidem cū tota domo: Nam pater eius Euritius clarus
uir: sanctus: antiquus: disertus: atq; in agendis causis exerci-
tatus quas sūma fide: pari cōstātia: nec uerecūdia minore de-
fendit: habet auunculum. C. Septicium quo nihil uerius:
nihil simplicius: nihil candidius: nihil fidelius noui: Omnes
me certatim & tamen æqualiter amant: omnibus nūc ego i
uno referre gratiā possum. Itaq; præhenso amicos: supplico:
ambio domos: stationes circumeo: quātūq; uel auctoritate
uel gratia ualeam precibus experior: Te quoque obsecro ut
aliquam oneris mei partem suscipere tātū putes: reddā uices
si reposces: reddam & si ne reposces: diligeris: coleris: frequē-
taris. Ostende modo uelle te: nec deerunt qui quod tu ue-
lis cupiant. Vale.

C. Plinius Octauio suo Salutem.

Ominem te patientem uel potius durū ac pene crudelē: qui tam insignes libros tam diu teneas: Quo usq; & tibi & nobis inuidebis: tibi maxima laude: nobis uoluptate. Sine per ora hominū ferantur: iisdemq; qbus Romana lingua spatiis peruagentur. Magna etiam longaq; expectatio est: quam frustrari adhuc & differe non debes. Enotuerunt quidam tui uersus & iūto te claustra tua resergerunt: hos nisi retrahis in corpus: quandoq; ut errone aliquem cuius dicantur inuenient: Habe ante oculos mortalitatem: a qua asserere te hoc uno monumēto potes. Nā cætera fragilia & caduca non minus quam ipsi homines occidūt desinuntq;: Dices ut soles amici mei uiderint: opto equidem amicos tibi tam fideles: tam eruditos: tam laboriosos: ut tantum curæ intentionisq; suscipere & possint & uelint. Sed dispice ne sit parum prouidum sperare ex aliis: quod tibi ipse non præstes: & de editione quidem interim ut uoles: recita saltem: quo magis libeat emittere: utque tandem percipias gaudium quod ego olim pro te non temere præsumo: Imaginor enim q; concursus: quæ admiratio te: qui clamor: qd; etiam silentiū maneat: quo ego cū dico uel recito nō minus quam clamore delector. Sit modo silentium acré & intentū & cupidum ulteriora audiendi: hoc fructu tanto tā parato desine studia tua infinita ista cuntatione fraudare: quæ cum modum excedit: uerēdum est: ne inertiæ & desidiæ uel etiā timiditatis nomen accipiat.

C. Plinius Arinio suo Salutem.

Olet esse gaudio tibi: si quid actū est ī senatu ordine illo dignum: quamuis enim qetis amore secesseris: īfidet tamē animo tuo maiestatis publicæ cura. ergo accipe quod p; hos dies actū ē personæ claritate famosum: seueritate exempli salubre: rei magnitudine æternum. Martius priscus acculantibus afris quibus procons. præfuit.

Omissa defensione iudices petit. Ego & Cornelius tacitus
adesse puentialibus iussi: existimauimus fidei nostræ cōue-
nire notum senatui facere: excessisse priscum immanitate &
seuitia crimina quibus dari iudices possent: cum ob innocē-
tes condemnādos: interficiendos etiam pecunias accepisset:
respondit fronto catus deprecatusq; est: ne qd ultra repetū-
darum legem quæreretur: omniaque actionis suæ uela uir
mouendarū lachrymarū peritissimus quodā uelut uēto mi-
serationis impleuit. Magna contentio: Magni utrinque cla-
mores: aliis cognitionem senatus lege cōclusam: aliis liberā
solutamq; dicentibus: quantumq; admisisset Reus: tantū uī
dicandum. Nouissime consul designatus Iulius ferox uir re-
ctus & sanctus Mario qdē iudices iterim cēsuit dādos: euo-
cādos autem quibus diceretur inocent iū pœnas uēdidisse:
quæ sententia non præualuit modo: sed omnino post tātas
dissenfiones. fuit sola frequens: adnotatūq; est experimētis:
quod fauor & misericordia acres & uehemētes primos ipe-
tus habēt: paulatī cōsilio & ratiōe quasi restincta cōlidunt:
Vnde euenit: ut quod multi clamore permixto tuentur: ne-
mo tacentibus cæteris dicere uelit. patescit enim cum sepa-
raris a turba contemplatio rerum: quæ turba teguntur: ue-
nerunt qui adesse erant iussi Vitelius honoratus. & Flauius
Martianus: ex quibus honoratus trecentis milibus exilium
equis Romani septemq; amicorum eius ultimam pœnā:
Martianus unius equitis Romani septingentis milibus plura
supplicia arguebat emisse: erat enim fustibus cæsus: Dam-
natus in metallū: strangulatus in carcere: Sed honoratū co-
gnitioni senatus mors opportuna subtraxit. Martianus idu-
ctus est absente prisco. Itaq; tutius cerealis cōsularis iure se-
natorio postulauit: ut priscus certior fieret. Siue quia mise-
rabiliorē: siue qā iuidiosiorē fore arbitrabat si p̄sens fuisset:
siue (quod maxime credo) quia æquissimū erat cōmune cri-
mē ab utroq; defēdit: & si dilui nō potuisset i utroq; puniri

Dilata est res in proximum senatum: cuius ipse conspectus
augustissimus fuit: princeps præsidebat: erat enim consul: ad-
huc Ianuarius mensis cum cætera tum præcipue senatorū
frequētia celeberrimus: præterea causæ amplitudo auctaq;
dilatione expectatio & fama insitumq; mortalibus studiū:
magna & inusitata noscendi omnes undiq; exciuerat: imagi-
nare quæ sollicitudo nobis: qui metus: quibus super tāta re
in illo cœtu præsentē Cæsare dicendū erat. Equidē ī senatu
nō semel egi: quā nūquam audiri benignius soleo: tūc me
tamen ut noua oīa nouo metu permouebāt obseruabā q;
(præter illa quæ supra dixi) causæ difficultas: stabat mō cō-
sularis: modo septēuir Epulonū: iam neutrum. Erat igitur
perquam onerosum accusare damnatū: quem ut premebat
atrocitas criminis: ita quasi peractæ miseratio damnationis
tuebatur: ut cunq; tamen animum cogitationemq; collegi:
Cœpi dicere non minore audiētium assensu quam sollicitu-
dine mea: dixi horis pene quinq;. Nam. xxii. clepsydris quas
spaciosissime acceperam: sunt additæ quatuor: Adeo illa ip̄a
quæ dura & aduersa dicturo uidebāt: secūda dicēti fuerūt:
Cæsar mihi tantum studium: tātam curā etiā (nimiū est enī
dicere sollicitudinem) præstitit: ut libertum meum post me
stantem sæpius admoneret uoci lateriq; consulerem: cū me
uehementius putaret intendi: quam gracilitas mea perpeti
posset. Respondit mihi p̄ Martiano Claudius Marcellinus:
missus deinde senatus & reuocatus in posterum. Neq; enim
iam inchoari poterat actio nisi noctis interuētū scindere.
Postero die dixit p̄ Mario saluius liberalis uir subtilis: dis-
positus: acer: dilertus. In ipsa uero causa omnes artes suas p̄-
tulit. Respondit Cornelius tacitus eloquētissime: & qd' exi-
mium orationi eius inest. Dixit pro Mario
rursus Fronto cæsius īsigniter: utq; iam locus ille poscebat:
plus in precibus temporis: quam in defensione cōsumpsit:
huius actionem uespera inclusit: nō tamē sic ut abrumpet.

Itaque in tertium diem probationes exierunt. Iam hoc ipſum
pulchrum & antiquū ſenatū nocte dirimi: triduo reuocari:
triduo contineri. Cornutus tertullus conſul designatus uir
egregius & pro ueritate firmiſſimus cenſuit ſeptingenta mi-
lia quæ acceperat Marius ærario inferenda: Mario urbe ita-
liaque interdicens. Martiano hoc amplius Africa: in fine
ſententiæ adiecit: quod ego & tacitus inuncta: aduocatiōe di-
ligenter fortiterq; functi eſſemus arbitrari ſenatum: ita nos
feciſſe ut dignum mandatis partibus fuerit: aſſenſerunt cō-
ſules designati. omnes etiam conſulares uſque ad Pompeiū
collegam: ille & ſeptingenta milia ærario inferenda: & Mar-
tianum in quinquēniū relegādum: Mariū reperundarū
pœnæ: quam iam paſſus eſſet cenſuit relinquendū: Erant in
utraq; ſententia multi: fortaiſſe etiam plures in hac uel ſolu-
tiorē uel molliorē: Nam quidam ex illis quoq; q; Cornuto
uidebantur aſſenſi: hunc qui poſt ipſos cenſuerat ſequēbāt.
Sed cum fieret diſſenſio. qui ſellis cōſulum aſtiterant in Cor-
nuti ſententiam ire cœperunt: Tum illi q; ſe collegæ a nūme-
rari patiebantur: in diuerſum tranſierunt. collega cū paucis
relictus multum poſtea de ipulſoribus ſuis præcipue de Re-
gulo queſtus eſt: qui ſe in ſententia quam ipſe dictauerat de-
ſeruiſſet. Eſt alioquin tam mobile ingenium Regulo ut plu-
rimum audeat: plurimum timeat. hic finis cognitiōis apli-
ſimæ: ſuper eſt tamen nō leue hoſtilius. firmi-
nus Legatus Marii priſci: qui permixtus cauſæ grauiter ue-
hementerque uexatus eſt. Nā & rationibus Martiani & ſer-
moni: quem ille habuerat in ordine leptitanorum operā ſuā
priſco ad turpiſſimū miniſterium commodaiſſe: ſtipularuſ-
que de Martiano quinquaginta milia denariorū pbabatur:
ipſe præterea accepiſſe ſeſtertia decem milia. Fœdiſſimo q-
dem titulo nomine unguētarii Qui titulus a uita hominis
compti ſemper & pumicati non abhorrebat. Placuit cenſen-
te Cornuto referri de eo pxio ſenatu. Tunc enī caſu icertū

an conscientia abfuerat. Habes res urbanas : inuicē rusticas
scribe: quid arbusculæ tuæ: quid uineæ: quid segetes agunt:
quid oues delicatissimæ. In summa nisi æque longā epistolā
reddis: non est quod postea nisi breuissimam expectes.

C. Plinius Arrinio suo salutem.

Illud quod superesse Marii prisci
causæ proxime scripserā nescio an satis circūcisū tamē
& abraſū est. firminus inductus in senatū. Respōdit
crimini noto: secutæ sunt diuersæ sentētiæ consulū deligna
torū. Cornutus tertullus censuit ordine mouendū. Acutius
nerua in sortione puintiæ rationē eius non habendā. Quæ
sententia tanquam mitior uicit: cum sit alioquin durior tri
stiorq;: Quid enim miserius quam exectum & exemptum
honoribus senatoriis labore & molestia non carere? Quid
grauius: quā tāta ignominia affectū nō in solitudine latere?
Sed in hac altissima specula conspiciendum se monstrādū
que præbere: præterea quid publice minus aut cōgruēs aut
decorum notatum a senatu in senatu sedere: illisq; ipsis a quibus
sit notatus æquari: & summotum a proconsulatu quia se
in legatione turpiter gesserat de proconsulibus iudicare: dā
natumq; sordium uel damnare alios uel absoluerē: sed hoc
pluribus uisum est. Numerantur enim sententiæ: non pon
derātur. nec aliud in consilio publico fieri potest. In quo ni
hil est tam inæquale: quam æqualitas ipsa: Nam cum sit ipar
prudētia: par omnium ius est: Impleui promissum priorisq;
epistolæ fidem exolui: quam ex spatio temporis iā recepisse
te colligo. Nam festināri & diligenti tabellario dedi: nisi quod
impedimenti in uia passus est. Tuæ nūc partes ut primū il
lā deinde hanc remuneres litteris. Quales istinc redire uber
rimæ possunt. Vale.

C. Plinius Prisco suo salutem.

Tu occasiōes obligādi me auidiſſie āplecteris: & ego
tibi libētius debeo. duabus ergo d. causis a te potis

simum petere cōstitui quod impetratum maxime cupio: re-
gis exercitum amplissimum: Hinc tibi beneficiorum larga
materia: longum præterea tempus: quo amicos tuos exorna-
re potuisti: cōuertere ad nostros: nec hos quidē multos. Mal-
les tu quidem multos: sed meæ uerecūdiæ sufficit unus aut
alter ac potius unus. Is erit uocoīus Romanus: pater ī eque-
stri gradu clarus: Clarior uitricus imo pater alius: nam huic
quoq; nomini pietate successit mater. E primis ipse citerio-
ris. Hispaniæ: scis quod prouintiæ iudicium illius: scis q̄ta
sit grauitas: flamen proxime fuit, hunc ego cū simul studere
mus arcte familiariterq; dilexi. Ille meus ī urbe: ille ī secessu
contubernalis. Cū hoc seria: cū hoc iocos miscui: Quid enī
aut illo fidelius amico: aut sodale iucundius? mira ī sermōe:
mira etiā ī ore ip̄o uultuq; suauitas. Ad hoc īgeniū excussū:
subtile: dulce: facile: eruditū in causis agendis. Epistolas qdē
scribit ut musas ip̄as latine loq̄ credas. Amat a me plurimū
nec tamen uincit: Equidem iuuenis statim iuueni quantū
potui per ætatem audivissime contuli: & nup̄ ab optimo pri-
cipe trium liberorum ius impetraui, quod quanquā parce
& cum dilectu daret: mihi tamen tanquā eligerer indulsit:
hæc beneficia mea tueri nullo modo melius quā ut augeam
possum: præsertim cū ipse illa tā grate interptet: ut dū prio-
ra accipit: posteriora mereat. habes q̄lis quā pbatus carusq;
sit nobis. Quē rogo p̄ īgenio p̄ fortuna exornes tua. In pri-
mis ama hominē. Nā licet tribuas ei quantū amplissimū po-
tes: nihil tamē amplius pōt amicitia tua: cuius eē eū usq; ad
ītimā familiaritatē capace quo magis scires breuiter tibi stu-
dia mores oēm deniq; uitā eius expressi. extēderē preces: ni-
si & tu rogari diu uolles: & ego tota hoc epistola fecissē: Ro-
gat enī & quidē efficacissime q̄ reddit causas rogandī.

C. Plinius Maximo suo salutem.

Ex opiaris: distrigor cētū uiribus causis: q̄ me exer-
cēt magis q̄ delectāt: Sūt enī pleræq; parua & exiles.

Raro incidit uel personarum claritate uel negotii magnitudine
infigis : ad hoc pauci cum quibus iuuat dicere; ceteri audaces
atque etiam magna ex parte adulescentuli obscuro ad declamandum
huc transierunt tam irreuerenter: & temere: ut mihi Attilius noster
expressisse dixisse uideatur; sic in foro pueros a ceteris uirilibus causis
auspicari: ut ab homero in scholis, nam hic quoque ut illic primum
coepit esse quod maximum est: at hercule ante memoriam meam: ita
maiores natu solent dicere, ne nobilissimis quidem adulescentulis
locus erat nisi aliquo consulari producente: tanta ueneratione pul
cherrimum opus colebatur. nunc fractis pudoris & reuerentiae
claustris omnia patet omnibus. Nec inducuntur sed irrumpunt: sequuntur
auditores actoribus similes conducti & redempti mancipes:
conueniunt a conductis & redemptis: in media basilica tam palam
sportulae quam in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari
mercede transitur: inde iam non inurbane

uocantur iisdem la
tinum nomen impositum est laudiceni: & tamen crescit in dies
foeditas utraque lingua notata. Heri duo nomeclatores mei:
habent sane aetatem eorum: qui nuper togas sumplerunt: ter
tis denariis ad laudandum trahebantur: tanti constat: ut sis
disertissimus: hoc pretio quamlibet numerosa sublellia implentur:
hoc ingens corona colligitur: hoc infiniti clamores commouentur:
cum mesochorus dedit signum: opus est enim signo apud non
intelligentes ne audientes quidem. Nam plerique: non audi
unt nec ulli magis laudant. si quando transibis per basilicam
& uoles scire quo modo quisque dicat, nihil est quod tribunal
ascendas: nihil quod tu prebeas aure: facilis diuinatione. Scito enim
pessime dicere: qui praeter ceteris laudabitur maxime: primus
huc audiendi morem induxit Largius Licinius haec tamen
ut auditores corrogaret. Ita certe ex Quintiliano prae
ceptore meo audisse memini: narrabat autem ille: affectabar
domitium Afrum: cum apud centum uiros diceret grauitate
& leuitate. hoc enim illi actionis genus erat, audit ex prolixo immodicum

insolitumque clamorem: admiratus reticuit: ubi silentium factum est repetit quod abruperat. Iterum clamor: iterum reticuit. Et post silentium coepit idem tertio: nouissime quis diceret quaesuit. Responsum est Licinius: tum intermissa causa: centumviri inquit hoc artificium perit: quod alioquin perire incipiebat cum perisse afro uideretur. Nunc uero prope funditus extinctum & euersum est: pudet referre: quae quam fracta pronuntiatione dicantur: quibus quam teneris clamoribus excipiantur: plausus tantum ac sola cymbala & tympana illis canticis desunt: ululatus quidem (nec enim alio uocabulo potest exprimi.) theatris quoque indecora laudatio large supersunt. Nos tamen adhuc & utilitas amicorum & ratio aetatis moratur ac retinet. Veremur enim ne forte non has indignitates reliquisse sed laborem fugisse uideamur. Sumus tamen solito rariores quod initium est gradatim desinendi.

C. Plinius Valeriano suo salutem.

Vo modo te ueteres marsi tui? Quo modo emptio noua: placent agri postquam tui facti sunt? Rarum id quidem. nihil enim aequae gratum est adeptis quam concupiscentibus. me praedia materna parum commode tractant: delectant tamen ut materna: alioquin longa patientia occaluit. habent hunc finem assiduae querelae: quod quaeri pudet.

C. Plinius Anniano suo salutem.

V quidem pro caetera tua diligentia admones me codicillos atiliani qui me ex parte instituit haereditem pro non scriptis habendos. quia non sunt confirmati testamento: quod ius ne mihi quidem ignotum est: cum sit ius etiam notum qui nihil aliud sciunt: sed ego propria quadam lege mihi dixi: ut defunctorum uoluntates etiam si iure deficerent quasi perfectas tuerer. Constat autem codicillos istos atiliani manu scriptos: Licet ergo non sint confirmati testamento: a me tamen ut confirmati obseruabuntur: Praesertim cum delatori locus non sit. Nam si uerendum esset: ne quod ego dedissem populus eriperet:

cunctatior fortasse & cautior eē deberem. Cum uero liceat hæredi donare quod in hæreditate subsedit: nihil est qđ obstat illi meæ legi cui publicæ leges nō repugnant. Vale.

C. Plinius Gallo suo salutem.
Iraris cur me laurétinū uel (si ita maius) laurens meū tā opere delectet: desinas mirari cū cognoueris gratiā uillæ: opportunitatē loci: littoris spatium: decē & septē milibus passuū ab urbe secessit: ut pactis q̄ agēda fuerint saluo iā & cōposito die possis ibi manere: Adit nō una uia: Nā & laurétina & hostiēsis eodē ferūt: sed laurétina a q̄rto decimo lapide. hostiēsis ab undecimo reliquēda ē. Vtriq; excipit iter aliq̄ ex pte arenosum iūctis paulo gtauius & longius: equo breue & molle: uaria hinc atq; inde facies: Nā mō occurrētibus siluis uia coarctatur: mō latissimis pratis diffūdit & patescit. multi greges ouiuū: multa ibi equorū bouūque armenta: quæ mōtibus hyeme depulsa herbis & tepore uerno nitescūt. uilla usibus capax: Nō sūptuosa tutela: cuius in prima pte atriū frugi nec tamē sordidū: deīde porticus i. O. litteræ similitudinē circūactæ: qbus paruula sed festiua area icludī: egregiū aduersū tēpestates receptaculū: nā specularibus ac multo magis iminētibus tectis muniūt. Est cōtra medias cauediū hilare: mox tricliniū satis pulchrū qđ in littus excurrit: ac si quādo Africo mare ipulsum ē fractis iā & nouissimis fluctibus leuiter adluit. Vndiq; ualuas at fenestras nō minores ualuas habet: atq; ita a lateribus a fronte q̄li tria maria p̄spectat: A tergo cauediū: porticū: areā: porticū rursus: mox atriū siluas & lōginquos respicit mōtes: huius a læua retractius paulo cubiculū est amplū: Deīde aliud minus: quod altera fenestra admittit oriētē: occidētē altera retinet. hæc & subiacēs mare lōgius qđ sed securius ituef: huius cubiculi & illius triclinii obiectu icludī angulus: q purissimū solē cōtinet & accēdit: hoc hibernaculū hoc etiam gymnasiū meorum est. Ibi omnes silent uenti exceptis q̄ nubilum

inducunt & serenum anteq̄ usum loci eripiunt: Adnectitur
angulo cubiculū ī aspida curuatum: quod ambitum solis fe-
neltris omnibus sequitur. parieti eius in bibliothecæ speciē
a mariū insertū: est: q̄ nō legendos libros sed lectitandos ca-
pit: adhæret dormitoriū mebræ & transitu interiacente qui
suspensus & sublatus cōceptū uaporē salubri tēpamēto huc
illucq; digerit & ministrat. reliqua pars lateris huius seruoꝝ
libertorūq; ulibus detinetur plerisq; tam mundis: ut accipe
hospites possint. ex alio latere cubiculū est politissimū deide
uel cubiculum grāde uel modica cœnatio: quæ plurimo so-
le plurimo mari lucet. Post hanc cubiculū cū procestrio: al-
titudine æstiuum: munimento hibernum. Est enim subdu-
ctum omnibus uentis: Huic cubiculo aliud & procestriō cō-
muni pariete iungūtur: inde balinei cella frigidaria spacioſa
& effusa: cuius ī contrariis parietibus duo baptisteria uelut
eiecta sinuant̄ abunde capacia: sin mare ī pximo cogites: ad-
iacet unctuariū: hypocaultrum: adiacet p̄pingeon balinei:
Mox duæ cellæ magis elegantes quam lūptuosæ. cohæret
calida piscina mirifice: ex qua natantes mare aspiciunt: Nec
procul spæristerion: quod calidissimo soli iclinato iā die oc-
currit: hinc turris erigitur: sub qua zetæ duæ totidē in ipsa.
præterea cœnatio quæ latissimū mare longissimum littus
amœnissimas uillas prospicit. Est & alia turris: ī hac cubicu-
lum: in quo sol nascitur conditurque: lata post apotheca: &
horreum. Sub hoc triclinium qd' turbati maris nō nisi fra-
gorem & sonum patitur eumq; iam languidum ac desinen-
tem: ortum & gestationem uidet: qua ortus includitur: ge-
statio buxo aut rore marino ubi deficit buxus ambitur.
Nam buxus qua parte defenditur tectis: abunde uiret: apto
cœlo apertoq; uento & quanquā lōginqua aspergine maris
inareſcit. adiacet gestationi iteriore circuitu uinea tenera &
umbrosa nudisq; etiā pedibus mollis & cedēs: hortū morus
& ficus frequens uestit: quarū arborum illa uel maxie ferax

est terra: malignior cæteris: ac non deteriore q̄ maris facit
cœnatio remota a mari fruit. Cingit Zetis duabus a tergo
quarum fenestris subiacet uestibulū uile & hortus alius pi-
guior & rusticus. hinc cryptoporticus prope publici operis
extēditur. Vtrinq; fenestræ a mari plures: ab horto singulæ
& alterius pauciores: Hæ cum serenus dies & immotus om-
nes: cum hinc uel îde uentus inquietus: qua uenti quiescūt.
Sine iniuria patent: ante cryptoporticum Xystus uiolis odo-
ratus: teporem solis îfusi repercussu cryptoporticus auget:
quæ ut tenet solem sic aquilonem inhibet submouetq;: quā-
tumque caloris ante; tantum retro frigoris: similiter Africū
sistit atque ita diuersissimos uentos alium alio latere fran-
git & finit, hæc iucunditas eius hyeme: maior æstate: Nam
ante meridiem xystum: post meridiem gestationes hortiq;
proximam partem umbra sua temperat: quæ ut dies creuit
decreuitque modo breuior modo longior hac uel illac ca-
dit: ipsa uero cryptoporticus tunc maximæ caret sole cum
ardentissimus culmini eius insistit: Ad hoc patentibus fene-
stris fauonios accipit transmittitq;: nec unquam aere pigro
& manente ingrauescit. In capite xysti deinceps cryptporti-
cus horti Zeta est amores mei: re uera amores: imple posui: In
hac heliocaminus quidem alia Xystū alia mare utraq; soles,
cubiculum autem ualuis. cryptoporticum fenestra p̄spicit:
mare contra parietem medium Zeta per quam elegāter re-
cedit: quæ specularibus & uelis obductis reductisue mō adi-
citur cubiculo; modo auferit: lectum & duas cathedras ca-
pita pedibus mare: a tergo uillæ: a capitæ siluæ tot facies lo-
coꝝ toridē fenestris & distinguit & miscet. Iunctū est cubi-
culū noctis & sonni: nō illd̄ uoces seruolog;: nō maris mur-
mur: nō tēpestatū motus. nō fulgurū lumē ac ne diē quidē
sentit nisi fenestris apertis: tam alti abditiq; secreti: illa ratio
quod interiacens andron parietē cubiculi hortiq; distiguit.
Atq; ita omnem sonum media inanitate cōsumit. applicitū

est cubiculo Hipocausto p̄ exiguū qđ angusta fenestra sup-
positū calorē ut rō exigat aut effūdit aut retinet: p̄cestrum
deide ac cubiculū porrigit ī solē quē oriētē statim exceptū
ultra meridiē obliquū qđē sed tamē seruat. In hāc ergo zetā
tū me recipio: abesse mihi etiā a uilla mea uideor. Magnāq;
eius uoluptatē ecce saturnalibus p̄cipue capio cū reliq; pars
tecti licētia dieꝝ festisq; clamoribus p̄sonat: nā nec ip̄e meo
rū lusibus: nec illi studiis meis obstrepūt: hāc utilitas: hāc
amœnitas deficit aq; salietis: sed puteos ac potius fōtis habet:
sunt enī ī sūmo & oīo littoris illius mira natura: quocunq;
loco moueris humū obuius & paratus humor occurrit isq;
sincerus ac ne leuiter qđē tanta maris uicinitate corruptus.
Suggerūt affatim ligna p̄ximæ siluæ: cæteras copias hostiē-
sis colonia ministrat: frugi qđē homini sufficit etiam uicus
quē una uilla discernit: in hoc balnea meritoria tria. Magna
cōmoditas si forte balneū doīni uel subitus aduētus uel bre-
uior mora calefacere dissuadeat. Littus ornāt uarietate gra-
uissima nūc cōtinua: nūc ītermis̄sa tecta uillag;: quæ p̄stant
multag; urbiū faciē siue ip̄o mari siue ip̄o littore utare: qđ
nōnūq; lōga trāqlitas mollit: sæpius frequēs & cōtrarius flu-
ctus idurat. mare nō sane p̄tiosis piscibus abūdat: soleas ta-
mē & s̄qllas optimas egerit: Villa uero nostra ēt mediterrā-
neas copias p̄stat: lac ī prīs: Nā illuc e pascuis pecora cōueni-
unt: si qđo aq; umbrāue sectāt. Iustus ne de causis eū tibi ui-
d̄or icolere īhabitare diligere secessū: quē tu nimis urbanus
es nisi cōcupiscis atq; utinā cōcupiscas: ut tot tātisq; dotib;
uillulæ nostræ maxia cōmēdatio ex tuo cōtubernio acedat

C. Plinius Mario suo Salutem.

Vid a te iucūdius mihi potuit iniungi quam ut præ-
ceptorem fratris tui liberis quærerem: Nam & bene-
ficio tuo in scholā redeo. Et illam dulcissimā ætatē
quasi resumo: sedeo inter iuuenes ut solebā. Atq; etiam ex-
perior quantum apud illos auctoritatis ex studiis habeam:

Nam proxime frequēti auditorio iter se corā multi ordinis nostri clare iocabantur: intraui: conticuerunt. Quod nō referrem: nisi ad illorum magis laudem quam ad meam pertineret. Ac nisi sperare te uellem posse fratris tui filios probe dilcere: quod superest cum omnis qui profitentur audiero: quid de quoque sentiam scribam efficiamque: quantum tamen epistola consequi poterō: ut ipse omnes audisse uidearis. Debeo enim tibi: debeo memoriæ fratris tui hanc fidem hoc studium præsertim super tanta re: nam quid magis interest nostra quam ut liberi dicerem tui nisi nunc illos magis amares. Et ut digni illo patre te patruo reperiatur: quam curam etiā si mihi non mandasses uindicassem. Nec ignoro suscipiendas offensas in eligendo præceptore. Sed oportet me non modo offensas: uerum etiam similitates pro fratris tui filiis tam æquo animo subire quam parentes pro suis. Vale

C. Plinius Cereali suo salutem dicit.

Ortaris ut orationem amicis pluribus recitem: faciā quia hortaris: quamuis uehementer addubité: neque enī me præterit actiones quæ recitent: impetū omnē calorem ac prope nomen suum perdere: ut quas soleant cōmendare simul & accendere iudicum cōfessus celebritas ad uocatorum expectatio euentus fama nō unius actoris diductumque in partes audiētium studium: ad hoc dicētis gestus incensius: discursus etiam: omnibusque motibus animi cōsentaneus uigor corporis: unde accidit: ut hi qui sedentes agūt quamuis illis maxima ex parte super sint eadem illa quæ stantibus: tamen hoc quod sedent quasi debilitentur & deprimantur. recitantium uero præcipua pronunciationis adiuuēta oculi manus præpediunt. Quo minus mirū est si auditorū intentio relanguescit: nullis extrinsecus aut blādimētis capta aut aculeis excitata. his accedit quæ oratio dicitur quæ loquor pugna & contentiosa est. porro ita natura cōparatum est: ut ea quæ scripsimus cum labore: etiam cum labore audiri putemus.

Et sane quotus quisq; tam rectus auditor: quem non potius dulcia hæc & sonantia: quam austeræ & pressa delectent. Est quidem omnino turpis ista discordia: est tamen quod plerumq; euenit: ut aliud auditores: aliud iudices exigant: cum alioquin præcipue auditor affici debeat: quibus idem si foret iudex maxime promouere. potest tamen fieri ut quæ in his difficultatibus libro istius nouitas lenocinetur: nouitas apud nostros: apud Græcos enim est quiddam quod ex diuerso non tantum est omnino dissimile. Nam ut illis erat moris leges quas ut contrarias prioribus legibus arguebant aliæ collatione conuincere: ita nobis esse repetundarum legi quod postularem cum hac ipsa lege cum aliis colligendum fuit: quod nequaquam blandum auribus imperitorum tanto maiorem apud doctos habere gratiam debet: quanto minorem apud indoctos habet. nos autem si placuerit recitare adhibebimur sumus eruditissimum quæque: sed plane adhuc an sit recitandum examina tecum: omnesque quos ego moui in utraque parte calculos pone: idque elige in quo uicerit ratio: a te enim ratio exigetur: nos excusabit obsequium. Vale.

C. Plinius Caluissio suo salutem.

Ssem para: accipe auream fabulam: fabulas imo: nam me priorum noua admonuit. Nec refert a qua potissimum incipiam. Verania Pisonis grauius iacebat: huius dico Pisonis: quem Galba adoptauit: ad hanc Regulus uenit: primum impudentiam hominis: qui uenerit ad agram: cuius marito inimicissimus: ipsi inuisissimus fuerat. Esto si uenit tantum: at ille etiam proximus thoro sedit: quo die: quæ hora nata esset: interrogauit: ubi audiuit: componit uultum: intendit oculos: mouet labra: agit digitos: computat: nihil nisi ut diu miseram expectatione suspendat. habes inquit climatericum tempus. sed euades: quod ut tibi magis liqueat aruspicem consulam: quem sum frequenter expertus. Nec mora: sacrificium facit: affirmat exta cum syderum significatione congruere. Illa ut in periculo credula poscit condicillos:

legatum Regulo scribit: mox ingrauescit: clamat moriens:
O hominem nequam perfidum ac plus etiam quā periurū:
qui sibi per salutem filii peierasset: facit hoc Regulus nō mi-
nus scelerate: quam frequēter: quod iram deorum quos ipse
quotidie fallit ī caput ī felicis pueri detestatur. Velleius Ble-
sus ille locuples. cōsularis nouissima ualitudine cōflictabat:
cupiebat mutare testamentum: Regulus qui speraret aliqd
ex nouis tabulis: quia nuper captare eum cōperat: medicos
hortari rogare quoquo modo spiritum homini progarēt:
postquam signatum est testamentum: mutat personam: uer-
tit ad locutionem: iisdemque medicis: quousque miserum
cruciatis: quid iuidetis bonam mortem? cui dare uitam nō
potestis: moritur Blesus & tanquam omnia audisset: Regu-
lo ne tantulum quidem: sufficiunt duæ fabulæ: an scholasti-
ca lege tertiam poscis: est unde fiat. Aurelia ornata femina
signatura testamētum sumpserat pulcherrimas tunicas: Re-
gulus cum uenisset ad signandum. Rōgo inquit has mihi le-
ges: Aurelia hominē ludere putabat: ille serio instabat. nec
multa: coegit mulierem aperire tabulas: ac sibi tunicas quas
erat induta legare: obseruauit scribentem: inspexit an scrip-
sisset: & Aurelia quidem uiuit: ille tamen istud tanq̄ mori-
turam coegit: & hic hæreditates hic legata quasi mereatur
accipit: in ea ciuitate ī qua
iam pridē nō minora p̄mia īmo maiora neqtia & īprobitas
quā pudor & uirtus habent. Aspice Regulum: qui ex pau-
pere & tenui ad tātas opes per flagitia processit: ut ip̄e mihi
dixerit: cū cōsuleret q̄ cito sextertium sexcētis impleturus
esset: iuenisse se exta duplicata: quibus portendi milies & du-
cētis habituræ: & habebit si mō ut cœpit aliena testamēta
qd̄ ē īprobissimū genus falsis ip̄is quoꝝ sunt illa dictauerit.

Incipit liber Tertius feliciter. C. Plinius Caluisio suo sa-
lutem plurimam dicit.

neceſſe eſt: atq; etiam quantum in me fuerit enitar: ut filius
tuus auo ſimilis exiſtat: equidē malo materno: q̄q̄ illi pater-
nus etiā clarus: ſpectatusq; cōtigerit: pater quoq; & patruus
illuſtri laude conſpicui: quibus omnibus ita demū ſimilis
adoleſcet: ſi imbutus honeſtis artibus fuerit: quas plurimū
refert a quo potiſſimū accipiat: adhuc illum pueritiæ ratio:
intra contubernium tuam tenuit: præceptores domi hūit:
ubi eſt erroribus modica uel etiam nulla materia: iā ſtudia
eius extra limen proferenda ſunt: iam circunſpiciendus rhe-
tor latius: cuius ſcholæ ſeueritas: pudor ī primis: caſtitas cō-
ſtet. Adeſt enim adoleſcenti nōſtro cum cæteris naturæ for-
tunæq; dotibus eximia corporis pulchritudo: cui in hoc lu-
brico ætatis nō præceptor modo: ſed cuſtos etiam rectorq;
quærendus eſt. Videor ergo demonſtrare tibi poſſe Iulium
genitorem: amatur a me: iudicio tamen meo nō obſtat cha-
ritas hominis: quæ ex iudicio nata eſt: uir eſt emendatus: &
grauis: paulo etiam horridior & durior: ut in hac licentia tē-
porum: quantum eloquentia ualeat: pluribus credere pores:
nam dicēdi facultas aperta & expoſita ſtatim cernitur. Vita
hominum altos reſſus magnaſq; latebras habet: cuius p̄
genitore me ſponſorem accipe: nihil ex hoc uiro filius tuus
audiet niſi p̄ futurum: nihil diſcet: quod neceſſe rectius fu-
erit: nec minus ſæpe ab illo quam a te meq; admonebitur:
quibus imaginibus oneretur: quæ nomina: & quanta ſuſti-
neat: proinde fauentibus diis trade eum præceptori: a quo
mores primum: mox eloquētiam diſcat: quæ male ſine mo-
ribus diſcitur. Vale.

C. Plinius Macrino ſuo ſalutem.

Vamuis & amici quos præſentes habebā & ſermōes
hominum factum meum comprobaffe uideāſ: ma-
gni tamē exiſtimo ſcire qd ſentias tu: nā cuius itegra
re conſilium exquirere optaſſem: huius etiā peracta iudiciū
noſſe mire cōcupiſco. Cum publicum opus mea pecunia in

choaturus i thufcos excurriffem: accepto ut praefectus aera
rii comeatu legati puincia bethycæ questuri de procõsula
tu Cæciliï claffici aduocatũ me a fenatu petierunt. Collegæ
optimi meiq; amantiffimi d cõmunis officii necessitatibus
praelocuti excufare me & eximere tentarunt: factũ e fenatus
confultum perquam honorificum: ut daret prouintialibus
patronus: fi ab ipfo me impetraffent: legati rursus inducti:
ueq; me iam praefentem aduocatũ postulauerũt implorãtes
fidem meam: quam effent contra maſſam bebiũ expertis
allegãtes patrociniĩ foedus: ſecuta e fenatus clariffima affen
ſio: quæ ſolet decreta pcurrere: Tũ ego delino inq. P. C. pu
tare me iuſtas excuſatiõis cauſas attuliſſe: placuit & mode
ſtia ſermonis & ratio: cõpulis autẽ me ad hoc cõſulũ nõ ſo
lũ cõſenſus fenatus: quãquam hic maxime: uerũ etiam alii
quidã minores ſed tamẽ numeri: ueniebat i mẽtem priores
noſtros etiam ſingulorum hoſpitiũ iniurias accuſatiõibus
uolũtariis executos: Quo deformius arbitrabar publici ho
ſpicii iura negligere: praeterea cũ recordarer quãta p hũsdẽ
bethycis priore aduocatione etiã pericula ſubiſſem cõſeruã
dũ ueteris officii meritũ nouo uidebat. Eſt. n. ita cõperatũ:
ut antiqora beneficia ſubuertas: niſi illa poſterioribus cumu
les. Nã qlibet ſæpe obligati ſi qd unũ neges: hoc ſolũ memi
nerũt qd negatũ e: ducebar et quo deceſſerat clafficus: amo
tũq; erat qd i eiufmodi cauſas ſolet eẽ triffiffimũ periculũ
ſenatoris: uidebã ego aduocationi meæ nõ minorẽ gratiã q
ſi uiueret ille propoſitã inuidiã nullã in ſumma cõputabam
ſi munere hoc iã tertio fungerer faciliorẽ mihi excuſationẽ
fore ſiqs incidiffet: quẽ deberem accuſare. Nã cum e omniũ
officioq; finis aliquis: tum optime libertati uenia obſequio
praeparatur: audiffi conſilii mei motus: ſuperẽſt alterutra ex
parte iudiciũ tuum: in quo mihi æque iucũda erit ſimpli
citas diſſentiens quam comprobantis auẽtoritas.

C. Plinius Marco ſuo ſalutem,

Escio an ullum iucūdius tempus exegerim: quā
quo nuper apud spurinā fui: adeo quidē: ut nemi
nē magis in senectute: si mō senescere datum est:
æmulari uelim: nihil enī ē illo genere uitæ disti
ctius: me aut ut certus siderē curus: ita uita ho
minū disposita delectat: senū p̄sertim. Nā iuuenes adhuc cō
fusa quædā & quasi turbata nō indecēt: senibus placida oīa
& ordinata cōueniūt: q̄bus industria sera: turpis ambitio est:
hāc regulā spurina cōstātissime seruat: q̄ etiā: p̄ua hęc: si nō
quotidie fiāt: ordine quodā: & uelut orbe circūagit: mane le
ctulo cōtinet: hora secūda calceos poscit: ambulat milia pas
suū tria: nec minus animū q̄ corpus exercet: si adsunt amici
honestissimi sermōes explicāt. Si nō: liber legif̄ interdū etiā
p̄sentibus amicis: si tamē illi nō grauēt. deinde cōsident: & li
ber rursus aut sermo potior libro: mox uehiculū ascēdit: as
sumit uxorē singularis exēpli: uel aliquē amicorū: ut me p̄
xime: q̄ pulchrū illud: q̄ dulce secretū: quātū ibi antiquitatis:
quæ facta: quos uiros audias: q̄bus p̄ceptis iuuare. Quāuis
ille hoc tēperamētū modestiæ suæ idixerit: ne p̄cipere uidea
tur: pactis septē millibus passuū: iteꝝ ambulat mille: iteꝝ re
sident: uel se cubiculo uel stilo reddit. scribit enī & qdē utra
que lingua lyrica & doctissima: mira illis dulcedo: mira suau
tas: mira hilaritas: cuius gratiā cumulat sanctitas scribētis:
ubi hora balinei nūciata ē: ē autē hyeme nona: æstate octa
ua. i sole si caret uēto ambulat nudus. Deinde mouet pila ue
hemēter & diu: nē hoc quoq; exercitatōis genere pugnat cū
senectute: lotus accubat: & paulisper cibū differt. iterim au
dit legentē remissius aliqd & dulcius: p̄ hoc oē tēpus liberū
ē amicis uel eadē facere. uel alia si malint. apponit cœna nō
minus nitida quā frugi: i argēto puro & antiquo: sunt i usu
& corinthia q̄bus delectat: & afficit: frequēter comcedis cœ
na distinguit: ut uoluptates quoq; studiis condianē: sumit
aliqd de nocte & æstate: nemini hoc lōgū est: tāta comitate

cōuiuiū trahit: inde illi post septimū & septuagesimū annū
auriū oculorūq; uigor integer: inde agile & uiuidū corpus:
solaq; ex senectute prudentia: hāc ego uitā uoto & cogitatio
ne p̄lumo: ingressurus audivisse ut primum ratio ætatis re
ceptui canere permiserit: interim mille laboribus conteror:
quorum mihi & solatium & exemplum est idem (purina: nā
ille quoq; quoad honestum fuit obiit officia: gessit magistra
tus: p̄intias rexit: multoque labore hoc otium meruit. Igit̄
eundem mihi cursum: eundem terminum statuo: idq; iam
nunc apud te sub signo: ut si me longius euehi uideris in ius
uoces ad hāc epistolam meam & quiescere iubeas: cum iner
tia crimen effugero. Vale.

C. Plinius Maximo suo salutem.

Vod ipse amicis tuis obtulisses: Si mihi eadem ma
teria suppeteret: id nunc iure uideor a te meis peti
turus. Arianus maturius altinatiū est princeps. Cui
dico princeps nō de facultatibus loquor: quæ illi large sup
sunt: sed de castitate iusticia grauitate prudentia: huius ego
cōsilio ī negotiis: iudicio ī studiis utor. Nā plurimum fide:
plurimum ueritate: plurimum intelligentia præstat. Amat
me: (nihil possum dicere ardentius): ut tu. caret ambitu:
ideo se in equestri gradu tenuit. Cum facile posset ascendere
altissimum: mihi tamen ornandus excolendus est. itaq; ma
gni æstimo dignitati eius aliquid astruere iopinātis: ilciētis:
immo etiam fortasse nolentis: astruere autem quod sit splē
didum nec molestum: cuius generis quæ prima occasio tibi
conferas in eum rogo: habebis me. hahebis ipsum gratissi
mum debitorem. Quamuis enim ista non appetat: tā grate
tamen excipit: quam si concupiscat.

C. Plinius Corneliæ Hispullæ suæ salutem.

Vm patrem tuū grauissimū & sanctissimū uigē sus
pexerim magis an amauerim dubitem: teq; & in me
moriā eius & in honorem tuū unice diligam: cupiā:

Ergratum est mihi: quod tam diligenter libros auunculi mei lectitas: ut habere omnes uelis: quærasque qui sint omnes: fungar indicis partibus atque etiam quo sint ordine scripti: notum tibi faciam. Est enim hæc quoque studiosis non iniucunda cognitio: de iaculatione equestri unus: hunc cum præfectus alæ militaret: pari ingenio curaque composuit: de uita Põponii Secundi duo: a quo singulariter amatus hoc memoria amici quasi debitum munus exoluit. bello germaniæ. xx. quibus omnia quæ cum germanis gessimus bella collegit. Inchoauit cum in germania militaret: somnio monitus. Astitit enim ei quiesceti drusi neronis effigies: quæ germaniæ latissime uictor ibi periit: commendabat memoriã suã: orabatque: ut se ab iniuria obliuionis assereret: studiosi tres in sex uolumina propter amplitudinẽ diuisi: quibus oratorẽ ab incunabulis instituit & perficit: dubii sermonis octo scripsit sub Nerone nouissimis annis cum omne studioque genus paulo liberius & erectius piculosum seruitus fecisset: a fine aufidii bassi. xx. unus: naturæ historiarum. xxxvii. opus diffusum eruditum: nec minus uarium quam ipsa natura: miraris quod tot uolumina multaque in his tam scrupulosa homo occupatus absoluerit: magis miraberis si scieris illum aliquãdiu casu actitasse: decessit se anno sexto & quinquagesimo: medium tempus distentum impeditumque: qua officiis maximis: quam amicitia principum egisse: Sed erat acre ingenium: incredibile studiũ: summa uigilantia: lucubrare uulcanibus incipiebat: non auspicandi causa: Sed studendi: æstate a nocte multa: hyeme uero ab hora septima: uel cum tardissime ab hora octaua: sæpe sexta: erat sane somni parcissimi: nonnunquam etiam inter ipsa studia instantis & differentis: ante lucem ibat ad Vespasianum imperatorem: nam ille quoque noctibus utebatur: inde ad legatum sibi officium: reuersus domum: quod reliquum temporis studiis reddebat: post cibum sæpe: quem interdum leuẽ & facile ueterum more sumebat: æstate si quid otii: iacebat in sole: liber legebatur:

annotabat excerpebatq; nihil enī legit: quod non excerpet:
dicere etiam solebat nullum esse librum tam malum ut nō
aliqua ex parte prodesset: post solē plerunq; frigida lauabat
aqua: deinde gustabat: dormiebatq; minimum. Mox quasi
alio die studebat in cœnæ tempus: super hâc liber legebat:
annotabatur: & quidem cursim: Memini quendâ ex amicis
cum lector quædam perperam pronunciaisset reuocasse: &
repeti coegisse. huic auunculum meum dixisse intellexeras
nepe: cum ille annuisset: Cur ergo reuocabas: decē amplius
uersus hac tua interpellatione perdidimus: tanta erat parsi-
monia temporis. Surgebat æstate a cœna luce hyeme intra
primâ noctis: & tanquâ aliqua lege cogēte hęc iter medios
labores urbisque fremitum: in secessu iolum balnei tempus
studiis eximebatur. Cū dico balnei: de interioribus loquor.
Nam dum dstringitur tergiturque: audiebat aliquid aut di-
ctabat: In itinere quasi solutus cæteris curis huic uni uaca-
bat. ad latus notarius cū libro & pugilaribus: cuius manus
hyeme manicis muniebantur. ut ne cæli quidē asperitas ullū
studii tempus eriperet: qua ex causa romæ quoque sella ue-
hebatur: repeto me correptum ab eo cur ambulare: poteras
īquit has horas nō perdere: nā p̄ire omne tēpus arbitrabat:
quod studiis non īpartiretur: hac intētione tot ista uolumi-
na peregit: electorumq; cōmentarios centū sexaginta mihi
reliquit: opistographos quidem & minutissimis scriptos: q̄
ratōne multiplicatur hic numerus: referebat ip̄e potuisse se
cum procuraret ī hispania uendere hos cōmentarios Lartio
Licinio quadringentis millibus nummum: & tunc aliquāto
pauciores erāt. Nō ne uideat tibi recordati q̄tū legerit: q̄tum
scripserit: nec in officiis ullis nec in amicitia principis fuisse:
rursus cum audis quid studiis laboris impenderit: nec scrip-
sisse satis nec legisse: Quid est enī quod nō ille aut occupa-
tiones impedire: aut hęc instantia non possit efficere: itaq;
soleo ridere: Cum me quidam studiosum uocant: qui si cō-

parer illi: sum desidiosissimus. Ego autem tantum quem partim publica partim officia amicorum distringunt: quos ex istis quae tota uita litteris assident collatus illi non quasi somno & inertiae deditus erubescat: extendi epistolam: cum hoc solum quod requirebas scribere destinassem: quos libros reliquisset: confido tamen haec quoque tibi non minus grata: quam ipsos libros futura. Quae te non tantum ad legendos eos: uerum etiam ad simile aliquid elaborandum possunt aemulationis stimulis excitare. Vale.

C. Plinius Seuero suo Salutem.

X haereditate quae mihi obuenit: emi proxime corinthium signum: modicum quidem: sed festiuum & expressum: quantum ego sapio: qui fortasse in omni re: in hac certe perquam exiguum sapio. Hoc tamen signum ego quoque intelligo: Est enim nudum nec aut uitia si qua sunt celat: aut laudes parum ostentat: Effingit senem stantem: ossa musculi: nerui: uenae: rugae: & ut spirantis apparent rari & cedentes capilli: lata frons: contracta facies: exile colum: pendent lacerti: papillae iacent: recessit uenter: a tergo quoque eadem aetas: ut a tergo aes ipsum quantum uerus color indicat uetus & antiquum: talia denique omnia ut possint artificum oculos tenere: Delectare imperitorum: quod me tanquam tirunculum sollicitauit ad emendum. Emi autem: non: ut haberem domi: neque enim ullum adhuc corinthium domi habeo: uerum ut in patria nostra celebri loco ponerem: ac potissimum in Iouis templo. Videtur enim dignum templo: dignum deo domum: Tu ergo ut soles omnia quae a me tibi iniunguntur: suscipe hanc curam: Et iam nunc iube basim fieri ex quo uoles marmore: quae nomen meum honoresque capiat: Si hos quoque putabis addendos: Ego signum ipsum ut primum inuenero aliquem qui non grauetur: mittam tibi: uel ipse quod maius est afferam mecum: destino enim si tamen officii ratio permiserit

d iiii.

excurrere isto: Gaudes quod me uenturū esse polliceor: sed
contrahes frontem cū adiecero ad paucos dies: neque enim
diutius abesse me eadem hæc quæ nondum exire patiunt.

C. Plinius Caninio Ruffo salutem.

Odo nunciatus est Silius italicus in neapolitano suo
inedia finisse uitam. Causa mortis ualitudo: erat illi
natus insanabilis clauus. Cuius tedio ad mortē irreuo
cabili cōstantia decurrit: usq; ad supremum diem beatus &
felix: nisi quod minorem ex liberis duobus amisit: sed maio
rē meliorēque florentem atque etiam consularem reliquit.
Iæserat famam suam sub Nerone: credebatur spōte accusasse.
Sed in Viteli amicitia sapienter se & comiter gesserat: ex p
consulatu Asiæ gloriam reportauerat: maculam ueteris in
dustriæ laudabili otio abluerat: fuit iter principes ciuitatis:
sine potentia sine inuidia: salutabatur: colebatur: multumq;
in lectulo iacens cubiculo semper non ex fortuna frequēti
doctissimis sermonibus dies transigebat: cum a scribēdo ua
caret: scribebat carmina maiore cura: quam ingenio: nōnūq;
iudicia hominum recitatiōibus experiebatur: nouissime ita
suadentibus annis ab urbe secessit: seq; in campania tenuit:
ac ne aduentu quidem noui p̄cipis ide cōmotus ē. Magna
Cæsaris laus: sub quo hoc liberum fuit: magna illius q; hac
libertate ausus est uti: erat usq; ad ema
citatatis rephensionem: plures iisdē in locis uillas possidebat:
adamatisq; nouis: priores negligebat. multū ubiq; librorū:
multū statuag;: multū imaginū: quas nō habebat modo: ue
rū etiam uenerabat. uirgiliū ante omnes: cuius natalem reli
giosius quam suum celebrabat: Neapoli maxime: ubi monu
mentum eius adire ut templū solebat: in hac tranquillitate
annum quintum & septuagesimum decessit: delicato magis
corpore quam infirmo: utq; nouissimus a Nerone factus ē
consul: ita postremus ex oībus quos Nero consules fecerat
decessit. Illud etiā notabile ultimus ex neroniāis cōsularibus

obiit quo cōsule Nero periit: Quod me recordatē fragilitatis humanæ miseratio subit: Quid enim tā circuncisum tā breue quam hominis uita longissima? An non uidetur tibi Nero modo fuisse: cum iterim ex iis qui sub illo gessere cōsulatum: iam nemo superest: quanquam quid hæc miror? nuper Lucius Piso pater Pisonis illius qui a Valerio festo p summum facinus i Africa occisus est dicere solebat neminē se uidere in senatu quem consul ipse sententiam rogauisset: Tam angustis terminis tātæ multitudinis uiuacitas ipsa cōcluditur: ut mihi non uenia solum dignæ: uerum etiam laude uideantur illæ regiæ lachrymæ: Nam ferunt Xerxem cū immensum exercitum oculis obisset: illachrymasse: qd' tot milibus tam breuis immineret occasus: sed tātō magis hoc quicquid est temporis futulis & caduci: si non datur factis: Nā horꝝ materia in aliena manu: certe studiis proferamus: & quatenus nobis denegat diu uiuere: relinquamus aliquid quo nos uixisse testemur. Scio te stimulis nō egere: me tamē tui caritas euocat: ut currētē quoq; instigē sicut tu soles me cum inuicem se mutuis exhortationibus amici ad amorem: immortalitatis exacuunt. Vale.

C. Plinius Suetonio tranquillo suo salutem.

Acis pro cætera reuerentia quam mihi præstas: qd' tam solícite petis ut tribunatum quē a neratio marcello clarissimo uiro impetraui tibi i Cæseniū Siluanū propinquū tuum transferam: Mihi autem sicut ē iucundissimum ipsum te tribunum: ita non minus gratum alium per te uidere: neq; enim esse congruens arbitror quē augere honoribus cupias huic pietatis titulis i uidere: qui sūt omībus honoribus pulchriores: uideo etiam cū sit egregium & mereri beneficia & dare: utramq; te laudem simul assecuturum: si qd' ipse meruisti alii tribuas: præterea itelligo mihi quoq; gloriæ fore: Si ex hoc tuo facto non fuerit ignotum amicos meos non graue tantum tribunatum posse: uerum

etiam dare: quare ego honestissimæ uoluntati tuæ pareo:
Neque enim adhuc nomen in numeros relatum est: Ideoq;
liberum ē nobis siluanum ī locum tuum subdere cui cupio
tam gratum esse munus tuum:quam tibi meum est. Vale.

C. Plinius Cornelio Minitiano suo Sal.

Ossum iam perscribere tibi quantum in re. p. puin
ciæ bethycæ causa laboris exhauserim: nā fuit multi
plex: actaq; est sæpius cū magna uarietate: Vnde ua
rietas: unde plures actiōes: Cæcilius Classicus hō foedus: &
aperte malus proconsulatū in ea nō minus uiolēter quā sor
dide gesserat. Eodē anno quo ī Africa Marius Priscus. Erat
aut Priscus ex Bethycā: ex Africa Classicus: ide dictū Bethy
corū: ut plerūq; dolor etiā uenustos facit: Non illepidum fe
rebatur: dedi malum & accepi: sed Mariū una ciuitas pu
blice multique priuat reūm peregerunt. in Classicum tota
prouintia incubuit. ille accusationem uel fortuita uel uolū
taria morte præuertit. Nam fuit mors eius ifamis: ambigua
tamen: Vt enim credibile uidebatur uoluisse exire de uita
cum defendi non posset: Ita mirum pudorem damnationis
morte fugisse quem non pudisset damnanda cōmittere:
Nihilominus bethyca etiam in defuncti accusatiōe p̄stabat.
prouisum hoc legibus: intermissum tamen & post longam
intercapedinem tunc reductum: addiderūt bethyci: quot si
mul sotios ministrosque classici detulere nominatimque in
eos inquisitionem postulauere: aderam bethycis: mecumq;
Lucius Albinus, uir in dicendo copiosus ornatus: quem ego
cum olim mutuo diligerem ex hac officii societate: amare
ardentius cœpi: habet quidē gloriam in studiis præsertim
quiddam nobis tamen nullum certa
men nulla contentio cum uterque pari iugo non pro se sed
pro causa niteretur: Cuius & magnitudo & utilitas uisa est
postulare ne tantum oneris singulis actionibus subiremus.
Verebatur ne nos dies; ne uox ne latera deficerent: si tot

crimina :tot reos uno uelut fasce complecteremur: Deinde
ne iudicium intentio multis nominibus multisq; causis nõ
lassaretur modo:uerum etiam confunderet. Mox ne gratia
singulorum collata atque permixta pro singulis quoque ui
res omnium acciperet:postremo ne potentissimi uilissimo
quoque quasi piaculari dato alienis poenis elaberent: Etenim
tum maxime fauor & ambitio dominatur: cum sub aliqua
specie seueritatis delitelcere potest. Erat in consilio tertoria
num illud exemplum: qui robustissimum & firmissimũ mi
item iussit equi caudam: reliqua nosti: Nam nos quoq; tam
numerofum agmẽ reorum ita demum uidebamus posse su
perari: si per singulos carperet: placuit i primis ipsum Classi
cum ostendere nocentem: hic aptissimus ad socios eius &
ministros transitus erat: quia socii ministrique probari nisi
illo nocente nõ poterat. Ex qbus duos statim Classico iuxi
mus Bebium probum & Fabium hispanum: utrunque gra
tia hispanum etiam facundia ualidum: Et circa classicum q
dem breuis & expeditus labor: sua manu reliquerat scriptũ
quid ex quaque re: Quid ex quaque causa accepisset: Mife
rat etiam epistolas romam ad amiculum quãdam iactantes
& gloriosas his quidem uerbis. liber ad te uenio: iam sexter
tium quadragies redegi parte uendita bethycorum. circa hi
spanum & probum multum sudoris: Horum antequam cri
mina ingrederer. necessarium credidi elaborare ut cõstaret
ministeriũ crimen esse: quod nisi fecissem ministros frustra
probassem: Neque enim ita defendebantur ut negarent sed
ut necessitati ueniam precarentur: esse enim se prouinciales
& ad omne proconsulum imperium metu cogi: solet dicere
Claudius restitutus qui mihi respondit uir exercitatus & ui
gilans: & quãlibet subtilis paratus: Nunq̃ sibi tãtũ caliginis:
tantum perturbationis effusum: quãtum prærepta & extor
ta defensionis suæ cerneret i quibus omnem fiduciam repo
nebat: Cõsiliũ nostri exitus fuit bona Classici quæ habuisset

ante prouinciam placuit senatui a reliquis seperari: Illa filiae
ac spoliatis relinqui: additum est: ut pecuniae quas creditori
bus soluerat reuocarētur: hispanus & probus ī quinquēniū
relegati: Adeo graue uisum est quod initio dubitabāt: An
omnino crimen esset: Post paucos dies Claudiū fulcū Classi
ci geneꝝ: & Tiloniū priscū qui tribunus cohortis sub Clas
fico fuerat: accusauimus dispari euentu: prisco in biennium
italia iterdictū: absolutus est fuscus. Actione tertia commo
dissimū putauimus plures cōgregare. ne si longius esse ex
tracta cognitio satietate & tedio quodā iustitia cognoscētū
seueritasq; lāguelceret: alioquin supererāt minores rei data
opera hūc in locū reseruati: excepta tamen Classici uxore: q̄
sicut implicita suspicionibus: ita nō satis conuinci probatio
nibus uisa est: nam Classici filia quæ & ipla inter reos erat:
ne suspicionibus quidē hærebat. Itaq; cum ad nomen eius ī
extrema actione uenissem: neq; enim ut initio sit etiā ī fine
ferendum erat: ne per hoc totius accusationis auctoritas mi
nueretur: honestissimū credidi nō premere īmerentē: idque
ipsum dixi & libere & uarie. Nam modo legatos īterrogabā
docuissent ne me aliquid quod reprobari posse cōfiderent:
modo cōsiliū a senatu petebā: putaret ne debere me. Si quā
haberem in dicendo facultatem: in iugulum innocentis q̄si
telum aliquod intendere: postremo totum locū hoc sine cō
clusi: Dicet aliquis iudicas ergo? Ego uero non iudico: Me
mini tamen me aduocatum ex iudicibus datum: hic nume
rosissimæ causæ terminus fuit: quibusdā absolutis: pluribus
damnatis atq; etiam relegatis: aliis in tempus: aliis inperpe
tuum: Eodem senatus consulto: industria fides constantia
nostra plenissimo testimonio cōprobata ē: dignū solūq; par
pretio tanti laboris. Cōcipere animo potes q̄ sumus fatigati.
Quibus totiens agendum: totiens altercandū: tam multi te
stes interrogādi subleuandi refutandi: lam illa quam ardua
quā molesta: Tot reorum amicis secreto rogātibus negare:

cū affirmetis inter uos futura donec placeat emittere: Quā
superest rogo ut pari simplicitate si qua existimabitis addē
da: cōmutāda: omittenda: iudicetis. Mihi difficile ē hucusq;
intendere animū in dolore: difficile: sed tamen ut sculptorē
ut pictorem q; filii uestri imaginem faceret admoneretis qd
exprimere: quid enī endare deberet: ita me quoque formate
regite qui nō fragilem & caducam sed immortalē ut uos
putatis effigiem conor efficere: q; hoc diuturnior erit: quo
uerior: melior: absolutior fuerit. Vale.

C. Plinius Iulio genitori suo salutem.

St omino artemidori nostri tam benigna natura: ut
officia amicorum in maius extollat. inde etiam meū
meritū ut uera: ita supra meritū prædicatione circū
feret. Equidē cū essent philosophi ab uibe sumoti sui apud
illū in suburbano: & quo notabilius hoc est. piculosius eēt:
sui prætor: pecuniā etiam qua tunc illi ampliore opus erat:
ut æs alienum exolueret cōtractum ex pulcherrimis causis
musantibus magnis quibusdam & locupletibus amicis mu
tuatus ipse gratuitam dedi. Atq; itaq; hoc feci cum septem
amicis meis aut occisis aut relegatis: occisis senectione: rusti
co: Heluidio. Relegatis Maurico: Gratilla: Aria. Fania. Tot
circa me iactis fulminibus quasi ambustus mihi quoq; im
pendere idem exitium certis quibusdā notis augurarer. Nō
ideo tamē eximiā gloriā meruisse me ut ille prædicat credo:
sed tantū effugisse flagitium. Nam & C. Musonium socerū
eius quantū licitum est per ætatem cū admiratione dilexi. &
Artemidore ipsum iā tū cū in Syria tribunus militarē: a cō
familiaritate cōplexus sum: idq; primū nō nullius idolis de
di specimen: quod uirū aut sapientem aut proximum simil
limumque sapienti intelligere sum uisus. Nam ex omnibus
qui nunc se philosophos uocant uix unū aut alterū iuenies
tanta sinceritate: tāta ueritate: Mitto q; patientia corpis hye
mes iuxta & ætates ferat: ut nullis laboribus: cedat ut: nihil

in cibo: in potu: uoluptatibus tribuat: ut oculos animumque
contineat. Sunt hæc magna sed in alio: in hoc uero minima
si cæteris uirtutibus comparentur: quibus meruit ut a. C. Mu-
sonio ex omnibus omnium ordinum affectatoribus gener assu-
meretur. Quæ mihi recordanti est quidem iucundum: quod
me cum apud alios tum apud te tantis laudibus cumulat: ue-
reor tamen ne modum excedat: quem benignitas eius (illuc
enim reuertor unde coepi) non solet tenere: Nam in hoc uno
interdum uir alioquin prudentissimus honesto quidem: sed ta-
men errore uersat: quod pluris amicos suos: quam sunt arbitrat. Vale

C. Plinius Catilio Seuero suo salutem.

Eniam ad coenam: sed iam nunc paciscor sit expedita:
sit parca: socraticis tantum sermionibus abundet: in his
quoque teneat modum: erunt officia ante Lucana in quæ
scidere impune ne Catoni quidem licuit: Quæ tamen. C. Cæ-
sar ita reprehendit ut laudet: Describit enim eos quibus ob-
uius fuerit: Cum caput ebrii retexissent erubuisse: deinde
adiicit: putares non ab illis Catonem: sed illos a Catone de-
prehensos. potuit ne plus auctoritatis tribui Catoni: quam si
ebrius quoque tam uenerabilis erat: Nostræ tamen coenæ ut ap-
paratus & impendii: sic temporis modus constet: neque enim
ii sumus quos uituperare ne inimici quidem possint nisi ut
simul laudent. Vale.

C. Plinius Voconio Romano suo salutem.

Librum: quo nuper optimo principi consul gratias egis-
si nisi exigenti tibi: missurus & si non exegisses: in hoc con-
sideres uelim ut pulchritudinem materiae: Ita difficul-
tatem: in cæteris enim lectoris nouitas ipsa intentum habet. In hac
nota uulgata dicta sunt omnia: quo fit ut quasi otiosus secutusque
lector tantum elocutioni uacet: in qua satisfacere difficilius est:
Cum sola aestimatur. Atque utinam ordo saltim & transitus &
figuræ simul spectarentur: Nam inuenire præclare: enunciare
magnifice. Interdum etiam barbari solent: dispoere apte: figurare

a duerfantibus palam obsistere. Referam unum aliqd ex his
quæ dixi: cum mihi quidã ex iudicibus ipsis pro reo gratio-
sissimo reclamarent: non minus inq̄ hic inocens erit: Si ego
omnia dixerò: coniectabis ex hoc quãtas contētiões quãtas
etiam offensas subierimus dũtaxat ad breue tempus. Nam si
des in præsentia eos q̄bus resistit offendit: deinde ab illis ip̄is
suscipitur laudaturq̄: non potui te magis i rem præsentem
perducere: dies nō fui tanti: Quid enim mihi cū tam longa
epistola? Nolite ergo identidē quærere quid Romæ gerat:
& tamen memento etiam non esse epistolã longã: quæ tot
dies: tot cognitiones: tot deniq̄ reos causasq̄ complexa sit:
Quæ omnia uideor mihi non minus breuiter quã diligēter
persecutus. Temere dixi diligēter: succurrit qđ præterierã:
& quidem sero: sed quãq̄ præpostere reddetur facit hoc Ho-
merus multiq̄ illius exemplo. Est alioquin perdecorũ: a me
tamen non ideo fiat: E testibus quidam siue iratus q̄ euoca-
tus esset inuitus: siue subornatus ab aliquo reorum ut accu-
sationem exarmaret: Norbanũ Lacinianũ legatum & inqui-
sitorem reũ postulauit tanquã in causa castæ: uxor hæc Clas-
sici: præuaricaret: Est lege cautũ: ut reus ante peragatur: tũc
de præuaricatore quærat: uidelicet quia optie ex accusatio-
ne ipsa accusatoris fides æstimat. Norbano tamē nō ordo le-
gis: nō legati nomē: nō inquisitionis officiũ præsidio fuit. Tã-
ta cōflagrauit iuidia homo alioquin flagitiosus & Domitia-
ni tēporibus usus: ut multi: electusq̄ tunc a prouincia ad in-
quirendum nō tanquam bonus & fidelis: Sed tanquã Classi-
ci inimicus. Erat ab illo relegatus: dari sibi diē ad diluenda
crimina postulauit. Neutrum impetrauit: coactus est statim
respondere: respondit: malum paruumque ingenium homi-
nis facit Vt dubitem confidenter an constanter. Certe pa-
ratissime: obiecta sunt multa que magis quam præuarica-
tio nocuerunt: Quin etiam duo consulares Pompeius Ruf-
sus & Libo frugi læserunt eum testimonio tanquam apud

judicem sub Domitiano salui liberalis accusatoribus affu-
set: damnatus & in insulam relegatus est: itaque cum castam accu-
sarem: nihil magis pressi: quam quod accusator eius praeviationis
crimine corruisset: pressi tamen frustra: Accidit enim res con-
traria & nova ut accusatore praeviationis damnato rea sol-
ueretur: quaeris quid nos dum haec aguntur: indicauimus
senatui ex Norbano didicisse nos publicam causam: rursusque
debere ex integro discere si ille praeviator probaret: Atque
ita dum ille peragitur reus: sedimus: Postea Norbanus omni-
bus diebus cognitionis interfuit: eandemque usque ad extre-
mum uel constantiam uel audaciam pertulit: interrogo ipse
me an aliquid omiserim: rursus & rursus pene omisi: Sumo
die saluius liberalis reliquos legatos grauer increpuit tanquam
non omnes quos mandasset prouicia reos peregerissent: Atque
ut est uehemens & disertus in discrimen adduxit: protexi ui-
ros optimos eosdemque gratissimos: mihi certe debere se pro-
dicant quod illum turbinem euaserint. hic erit epistolae finis:
litteram non addam etiam si aliquid adhuc praeterisse me sen-
sero. Vale.

C. Plinius Spurinæ & Cociae suae salutem.
Composuisse me quaedam de filio uestro non dixi uobis:
cum proxime apud uos fuit: primum quia non ideo scrip-
seram ut dicerem: sed ut meo amori meo dolori satisfac-
cerem: deinde quia te Spurina cum audisses recitasse me: ut mihi
ipse dixisti: quid recitassem. simul audisse credebam: praeterea
ueritus sum ne uos festis diebus confunderem: si in memoriam
grauissimi luctus reduxissem: Nunc quoque paulisper haesitavi
id solum quod recitavi mitterem exigentibus uobis: an adicerem quod in
aliud uolumen cogito reseruare: Neque enim affectibus meis uno
libello charissimam & mihi sanctissimam memoriam prosequi satis est
cuius famam latius consulere: si dispensata & digesta fuerit: Vege-
haesitati mihi omnia quae iam composui uobis exhiberem: An adhuc
aliquid differrem: simplicius & amicus uisum est: omnia praecipue

Varie: nisi eruditis negatum est: Nec uero affectanda sunt
semper elata & excelsa: Nam ut in pictura lumen: non alia res
magis quam umbra commendat. Ita orationem tam summittere
quam attolere decet: Sed quod ego haec doctissimo uiro? Quin
potius illa adnota: quae putaueris corrigenda: Ita enim magis
creda caetera tibi placere si quaedam displicuisse cognouero.

C. Plinius Acilio suo Salutem.

Em atrocem nec tantum epistola dignam Largius Macedo uir praetorius a seruis suis passus est: superbus alioquin dominus & saeuus: & qui seruisse patrem suum patrum in mo minimam meminisset: lauabatur in uilla Formiana: repetente eum serui circumstant: alius fauces inuadit: alius os uerberat: alius pectus & uentrem: Atque etiam foedum dictum uerba contundit: & cum exanimem purarent: abiiciunt in feruens pauium: ut experirentur an uiueret: ille siue quia non sentiebat: siue quia se non sentire simulabat immobilis & extensus fide peractae mortis impleuit: Tum demum quasi aestu solutus efferat: Excipiunt serui fidiiores: Concubinae cum ululatu & clamore concurrunt: Ita & uocibus excitatus & recreatus frigore loci sublatis oculis agitatoque corpore: Viuere se: & iam tutum erat: confitetur: Diffugiunt serui quoque magna pars comprehensa est: caeteri requiruntur: ipse paucis diebus aegre refocillatus non sine ultionis solatio decessit: ita uiuus uindicatus ut occisi solent. Vides quot periculis: quot contumeliis: quot ludibriis sumus obnoxii: nec est quod quam possit esse securus quia sit remissus & mitis. Non enim iudicio domini sed scelere perimuntur: uerum haec haec haec: quid praeterea noui. Quid: nihil alioquin subiungerem: Nam & charta adhuc superest & dies feriatus patris plura contexi: Adde quod opportune De eodem Macedone succurrit: cum in publico Romae lauaret: notabilis atque etiam ut exitus docuit ominosa res accidit. Eques romanus a seruo eius ut transitum daret: manu leuiter admonitus conuertit se: nec seruum a quo erat tractus

sed ipsum Macedonem tā grauius palma percussit: ut pene concideret. Ita balneum illi: quasi per gradus quosdam primum contumeliæ locus deinde exitii fuit. Vale.

C. Plinius Proculo suo Salutem.

Etis ut libellos tuos in secessu legam: examinem an editione sint digni: adhibes preces: allegas exemplū.

Rogas enī ut aliquid succisui temporis studiis meis subtrahā: impertiam tuis: adiicis. M. Tullium mira benignitate poetarum īgenta fouisse: Sed ego nec rogandus sū: nec hortādus: nam & poeticen ipsam religiosissime ueneror: & te ualidissime diligo. Faciam ergo quod desyderas tā diligēter quam libenter: Videor autem iam nūc posse reſcribere: esse opus pulchrum: nec supprimendum quantū existimare licuit ex his quæ me præſente recitaſti: si modo mihi nō imposuit recitatio tua: legis enim suauissime & peritissime: cōfido tamen me non sic auribus duci: ut omnes aculei iudicii mei illarum delinimentis restringantur: hebetētur fortasse & paululum retundantur: euelli quidem: extorqueriq; non possunt: igitur non temere iam nunc de uniuersitate pronūcio: de partibus experiar legendo. Vale.

C. Plinius Nepoti suo Salutem.

Nnotasse uideor facta dictaq; uirorū foeminarūq;: alia clariora eē: alia maiora: cōfirmata ē opinio mea hesterno faniæ sermone: neptis hæc arriæ illius quæ marito & solatiū mortis & exēplum fuit: Multa referebat auix suæ: nō minora hoc: Sed obscuriora quæ tibi existimo tā mirabilia legēti fore quā mihi audienti fuere. ægrotabat Cæcina Pætus maritus eius: ægrotabat & filius utriq; mortifere ut uidebat: filius decessit eximia pulchritudine: pari uerecūdia: & parentibus nō minus ob alia charus quā quod filius erat. huic illa ita funus parauit: ita duxit exequias: ut ignoraret maritus: quin immo & quotiens cubiculum eius intraret: uiuere filium: atq; etiā cōmodiorē esse simulabat.

Ac perſæpe interroganti quid ageret puer: reſpõdebat: bene
quieuit: libenter cibum ſumpſit: deinde cum diu cohibitæ
lachrymæ uincerent prorumperentq; egrediebatur: tum ſe
dolori dabat: ſatiata ſiccis oculis: cõpoſito uultu redibat tâq̃
orbitatem foris reliquiſſet. præclarum qdẽ illud eiufdem:
ferrum ſtringere: perfodere pectus: extrahere pugionem:
porrigere marito: addere uocem immortalẽ ac pene diui
nam: pæte non dolet: ſed tamen iſta facienti dicẽti: gloria: &
æternitas ante oculos erant: quo maius ẽ ſine præmio æter
nitatis ſine præmio gloriæ abdere lachrymas: operire luctû:
amiſſo que filio matrem adhuc agere: Scribonianus arma in
Illyrico contra Claudium mouerat: fuerat Pætus in p̃tibus:
occifo Scriboniano Romam trahebatur. Erat aſcẽſurus na
uem. Aria milites orabat: ut ſimul imponeretur: Nempe
enim inquit daturi eſtis cõſulari uiro ſeruulos aliquos: quo
rum e manu cibum capiat: ueſtiatur: a quibus calcietur.
Omnia ſola præſtabo: non impetrauit: conduxit piſcatoriã
nauiculam ingentẽq; nauiginm minimo ſecuta eſt. Eadem
apud Claudium uxori Scriboniani cum illa profiteretur in
diciũ. Ego inquit te audiam Cuius in gremio Scribonianus
occifus eſt: & uiuis? Ex quo maniſeſtum eſt ei conſilium
pulcherrimæ mortis non ſubitum fuiſſe. Quin etiam cum
chraſea gener eius deprecaretur: ne mori pergeret: interque
alia dixiſſet: tu uis ergo filiam tuam: ſi mihi pereundum fu
erit mori mecum: reſpondit: ſi tamdiu tantaque concordia
uixerit tecum: quam ego cum pæto: uolo: auxerat hoc reſ
ponſo curam ſuorum: Attentius cuſtodiebat: ſenſit: & nihil
agitis inquit: poteſtis enĩ efficere ut male moriar: ne moriar
non poteſtis. Dum hæc dicit exiluit cathedram: aduerſoq;
parieti caput ingenti impetu impexit: & corruit. focillata di
xeram inquit uobis inuẽturam me quamlibet durã ad mor
tem uiam: ſi uos facilem negaſſetis: Vident ne hæc tibi ma
iorem illo: pæte non dolet: ad quod per hæc puentũ ẽ. Cum

interim illud quidem igens fama: hæc nulla circumferret? Unde colligis quod initio dixi alia esse clariora: alia maiora. Vale.

C. Plinius Seueriano suo Salutem.

Ecce ne omnia quod iam pridem epistolæ tuæ cessant: an non recte: an occupatus es tu? An tu non occupatus: Sed occasio scribendi uel rara uel nulla: Exime hunc mihi scrupulum: cui par esse non possum: Exime autem uel data opera Tabellario misso: ego uaticum ego etiam premium dabo: nunciet modo quod opto: ipse ualeo: si ualere est suspensum & anxium uiuere: Expectantem in horas: timetque pro capite amicissimo quicquid accidere homini potest. Vale.

C. Plinius Curio Severo suo Salu.

Efficio consulatus iniunxisti mihi: ut rei publicæ nomine principi gratias agerem: quod ego in senatu cum ad rationem & loci & temporis ex more fecissem: bono ciui conuenientissimum credidi eadem illa spatiosius & uberius uolumine amplecti: primum: ut imperatori nostro uirtutes suæ ueris laudibus commendarentur: Deinde ut futuri principes non quasi a magistro sed tamen sub exemplo præmonerentur qua potissimum uia possent ad eandem gloriam niti. Nam præcipere qualis esse debeat princeps: pulchrum quidem: sed onerosum ac prope superbum est: laudare uero optimum principem ac per hoc posteris uelut in specula lumen quod sequatur ostendere: idem utilitatis habet. arrogantia nihil: Cæpi autem non mediocrem uoluptatem: quod hunc librum cum amicis recitare uoluisset non per codicillos: non per libellos: Sed si commodum: & si ualde uacaret admoniti nunquam porro aut ualde uacat Romæ. aut commodum est audire recitantem: foedissimis insuper tempestatibus per biduum conuenerunt. Cumque modestia mea finem recitationi facere uoluisset: Ut adicerem tertium diem exegerunt: Mihi hunc honorem habitum putem an studiis? studiis malo quod prope extincta retouentur. At cui materiam hanc sedulitatem præstiterunt:

Nempe quā ī senatu quoq; ubi perpeti necesse erat grauari
tamen uel puncto temporis solebamus eadem nunc & q re
citare & qui audire triduo uelint inueniuntur: non quia elo
quentius quam prius: Sed quia Liberius ideoque libentius:
scribitur: Accedet ergo hoc quoq; laudibus p̄cipis nostri :
quod res antea tam inuisa quam falsa: nunc ut uera ita ama
bilis facta est: Sed ego cum studium audientiū: tum iudiciū
mire probaui : animaduerti enim seuerissima quæque uel
maxime satisfacere: nemini quidem me nō multis recitasse.
quod omnibus scripsi: nihilominus tamen tāquam sit eadē
omnium futura sententia: hac seueritate aurium lætor: ac si
cut olim theatra male canere musicos docuerunt: ita nunc ī
spem adducor posse fieri: ut eadē theatra bene canere musi
cos doceant: Omnes enim qui placendi causa scribunt q̄lia
placere uiderint scribent: Ac mihi quidem confido in hoc
genere materiæ latioris stili constare rationem: cū ea potius
quæ præstius & astrictius quā illa quæ hilarius & q̄si exul
tantius scripsi: possint uideri accersita & iuducta. Nō ideo ta
men segnius precor ut quandoque ueniat dies : utinamque
iam uenerit quo austeris illis seuerisque dulcia hæc blādaq;
uel iusta possessione decedant: habes acta mea tridui: q̄bus
cognitis uolui tantum te uoluptatis absentē & studiorū no
mine & meo capere: quātū præsens percipere potuisses. Vale.

C. Plinius Claudio Ruffo suo salutem.

Sumo te in consilium rei familiaris ut soleo: prædia
agris meis uicina atq; etiam inferta uenalia sunt : in
his me multa sollicitat: aliqua nec minora deterrēt:
Sollicitant primū ipsa pulchritudo iungendi : deinde qd' nō
minus utile quam uoluptuosum posse utraq; eadem opera:
eodē uiatico inuisere: sub eodem procuratore ac pene iisdē
actoribus habere unam uillam colere & ornare: alteram tā
tum tueri: inest huic computationi sumptus supellectilis:
sumptus atriensium: topiariorū fabrorum: atque uenatoriū

instrumenti: quæ plurimum refert unum in locum cõferas
an in diuersa dispergas. Contra uereor ne sit incautum rem
tam magnã iisdem tempestatibus iisdem casibus subdere:
Tutius uidetur incerta fortunæ possessionum uarietatibus
experiri. habet etiam multum iucunditatis soli cæliq; mu-
tatio: ipsaque illa peregrinatio intersita: lam quod delibera-
tiõis nostræ caput est: agri sunt fertiles: pingues: aquosi: Cõ-
stat campis: uineis: siluis: quæ materiam & ex ea reditum si-
cut modicum ita statum præstant. Sed hæc foelicitas terræ i-
becillis cultoribus fatigatur: Nam possessor prior sæpius
uēdidit pignora: & dum reliquam colonorum minuit ad tē-
pus: uires impofterum exhaustit. Quarum defectiõne rursus
reliqua creuerunt: Sunt ergo instruendi eo plures: quod
frugi mancipiis. nam nec ipse usquã uinctos habeo: nec ibi
quisquã superest ut scias quãti uideantur posse emi. Sester-
tio tricies: non quia non aliquãdo quinquagies fuerint: ueze
& hæc penuria colonorum & communi temporis iniquitate
ut redditus agrorum sic etiam pretium retro abiit: Quæris
an hoc ipsum tricies facile colligere possimus: Sum quidem
prope totus in prædiis: aliquid tamen fœnore nec molestũ
erit mutuari: accipiã a focru cuius arca nõ secus a mea utor:
Proinde hoc te nõ moueat: Si cætera nõ refragantur: Quæ
uelim quam diligentissime examines: Nam cum i omnibus
rebus tum in disponendis facultatibus plurimũ tibi & usus
& prouidentia superest. Vale.

C. Plinius Messio maximo suo salutem.

Eministi ne te sæpe legisse quãtas cõtentiones exci-
tari lex tabellaria: quãtũq; ipsi latori uel gloriae uel re-
prehensionis attulerit: At nũc i senatu sine ulla defen-
sione hoc idẽ ut optimũ placuit. omnes comitiõq; die tabel-
las postulauerũt. Excesseram sane manifestis illis aptisq;
suffragiis licentiã cõcionũ: non tempus loquendi: nõ tacendi
modestia: nõ deĩq; sededi dignitas custodiebat: Magni iudicij

dissoniq; clamores: p̄currebant omnes cum suis candidis: multa agmina ī medio: multiq; circuli & īdecora cōfusio: A deo descīueramus a cōsuetudine parētū: apud quos oīa disposita moderata trāq̄lla maiestātē loci pudorēq; retinebāt: sup̄sunt senes ex q̄bus audire soleo hūc ordinē comitiōꝝ: citato noīe cādīdati silētiū summū: dicebat ipse p̄ se: uitā suā explicabat: testes & laudatores dabat: uel eū sub quo militauerat: uel eum sub quo quæstor fuerat: uel utq; si poterat: Addebat quosdā ex suffragatoribus: illi grauitē & parce loquebāt: plus hoc q̄ preces p̄derat: nōnunq̄ candidatus aut natales cōpetitoris: aut annos: aut etiā mores arguebat: Audiebat senatus grauitate censoria: ita sapius digni q̄ gratiosi præualebant: quæ nunc īmodico fauore corrupta ad tacita suffragia quasi ad remediū decurrerūt: quod interim plane remediū fuit: erat enī nouū: & subitū: Sed uereor ne procedēte tēpore ex ipso remedio uitia nascantur: Est enī periculū ne tacitis suffragiis impudentia irrepat: Nā quoto cuique eadē honestatis cura secreto quæ palā: Multi famā: cōsciētiā pauci uerēt: Sed nimis cito de futuris: īteri beneficio tabelariū habebimus magistratus: q̄ maxime fieri debuerūt: Nā ut in recuperatoriis iudiciis: Sic nos ī his comitiis q̄si repente appræhenſi ſinceri iudices fuimus. Hæc tibi scripsi primū: ut aliqd noui scriberē: deinde ut nōnunq̄ de re. p. loquerer: cuius materiæ nobis quāto rarior quam ueteribus occasio tanto minus omittenda est: Et hercule quousque illa uulgaria quid agis: Eho: ecquid commode uales: habeant nostræ quoq; litteræ aliqd nō humile nec sordidū nec priuatis rebus inclusum: sunt qdē cūcta sub unius arbitrio: q̄ p̄ utilitate cōmuni solus omniū curas laboresq; suscepit: qdā tamen salubri tēpamēto ad nos quoq; uelut riuī ex illo benignissimo fōte decurrūt: quos & haurire ipsi & absentibus amicis quasi ministrare epistolis possumus. Vale.

C. Plinius Cornelio Prisco suo Salutem.

Vdio Valeriū martialē decessisse: Et moleste fero:
Erat hō īgeniosus: acutus: acer: & q plurimū ī scribē
do & salis haberet & fellis: nec cādoris minus: p̄secu
tus erā uiatico secedentē: dederā hoc amicitiae: dederā etiā
uersiculis quos de me cōposuit: fuit moris antiq̄ eos q̄ uel
singulorū laudes uel urbiū scripserāt: aut honoribus aut pe
cunia ornare: nostris uero tēporibus: ut alia speciosa & egre
gia: ita hoc ī prīs exoleuit. Nā postq̄ d̄siimus facere laudāda
laudari quoq; īeptū putamus: Quæris q̄ sint uersiculi: q̄bus
gratiā rettuleri: Remitterē te ad ipsum uolumē: nisi quosdā
tenerē: Tu si placuerint hi: cæteros ī libro regres: alloquitur
musam: mādat: ut domū meā exqliis quærat: adeat reueren
ter: sed ne tēpore nō tuo disertā pulses ebria ianuā uideto:
totos dat tetricæ dies mineruæ: dū cētū studet auribus uiro
rū: hoc qđ secula post eriq; possint arpinis quoq; comparare
chartis: feras tutior ibis ad lucernas: hæc hora ē tua cū furit
Lyeus: dū regnat rosa: dū madent capilli: tūc me uel rigidi
legāt catones: merito ne eum: q̄ hæc de me scripsit & tūc di
misi amicissime. Et nunc ut amicissimum defunctum eē do
leo: Dedit enim mihi quantum maxime potuit: daturus am
plius si potuisset: tamen si quid homini potest dari maius q̄
gloria & laus & æternitas: at non erunt æterna: quæ scripsit:
nō erunt fortasse: ille tamē scripsit tanq̄ essent futura. Vale.

C. Plinii Se. Nouocomentis Liber Quartus Incipit.

C. Plinius Fabato Socero suo Salutem.

Vpis post lōgū tēpus neptē tuā meq; una ui
dere: gratū est utriq; nostrū qđ cupis: mutuo
mehercule: nā iuicē nos īcredibili quodā desi
drio uestri tenemur: qđ nō ultra differemus:
Atq; adeo iā sarcinulas alligauimus. festinaru
ri: q̄tū rō itineris pmiserit: Erit. n. una sed bre

uis mora: deflectemus ī thurcos: nō ut agros rēq; familiarē
oculis subiiciamus: id enī postponi pōt: Sed ut fungamur ne
cessario officio: oppidū est p̄diis nostris uicinū nomen tifer
niū tyberinū: qđ me pene adhuc pueꝝ patronū cooptauit
tāto maiore studio quanto minore iudicio aduentus meos
celebrat: p̄fectionibus angitur: honoribus gaudet: ī hoc ego
ut referre gratiā: (nā uinci in amore turpissimum est.) Tem-
plū pecunia me extruxi: cuius dedicationē cū sit paratū: dif-
ferre lōgius irreligiosum ē: erimus ibi ergo dedicatiōis die:
quem epulo celebrare constitui: Subsistemus fortasse & se-
quenti die sed tanto magis uia ipsam corripiemus: contigat
modo te filiāq; tuam fortes inuenire: nam hilares certū est
si nos icolumes receperitis. Vale.

C. Plinius. S. Clementi suo Salutem:

Egulus filium amisit: hoc uno malo idignius: quod
nescio an malū putet: Erat puer acris ingenii sed am-
bigui: qui tamē posset recta sectari: si patrē nō refer-
ret: hūc Regulus emācipauit: ut hæres matris existeret: Mā-
cipatum ita uulgo ex moribus hominis loquebantur. foeda
& insolita parētibus indulgentiæ simulatiōe captabat: incre-
dibile: sed Regulum cogita: Amissum tamen luget insane:
habebat puer manulos multos & iunctos: & solutos: hēbat
canes maiores minoresq;: habebat lusciniās: psittacos: metu-
las: omnes Regulus circa rogam trucidauit: nec dolor erat
ille: Sed ostentatio doloris: conuenitur ad eum mira celebri-
tate: Cuncti detestantur: oderunt: & quasi probent: quasi di-
ligant: cursant: frequentant: Utque breuiter quod sentio
enuntiem: in Regulo demerendo Regulum imitantur: Te-
net se trans tyberim ī hortis ī quibus latissimū solum: pōrti-
cibus immensis: ripam statuis suis occupauit: ut est in sum-
ma auaritia sumptuosus: in summa infamia gloriosus: uexat
ergo ciuitatem ī saluberrimo tēpore: & quod uexat solatiū
putat dicit se uelle ducere uxorem: hoc quoque sicut alia

peruerse: audies breui nuptias lugentis senis: quorum alter
immaturum: alterum serum est: Vnde hoc augurer quæris?
non quia affirmet ipse quo mendacius nihil est: Sed quia cer-
tū est Regulū esse facturū quicquid fieri nō oportet. Vale.

C. Plinius. S. Adriano suo Salutem.

Vod semel atq; iterum consul fuisti similis antiq; :
quod proconsul Asiæ. qualis ante te q̄lis post te uix
unus aut alter. Nō finit enī me uerecūdia tua dicere:
nemo: qđ sanctitate quod auctoritate quoq; princeps ciuita-
ris: Est quidem uenerabile & pulchrum: ego tamen te uel
magis in remissioribus miror. Nam seueritatem istam pari
iucunditate condire: summæq; grauitati tantum comitatis
adiungere nō minus difficile quam magnum est: id tu cum
incredibili quadam suauitate sermonum: tum uel præcipue
stilo assequeris: nā & loquenti tibi illa homerici senis mella
profluere: & quæ scribis complere apes floribus & inectere
uidentur: ita certe sum affectus ipse cum græca epigramata
tua: cum iambos maxime legerē: quantum ibi humanitatis:
uenustatis: quam dulcia illa? quam amantia? quam arguta:
quam recta? Callimachum me uel Herodem uel si quid his
melius tenere credebam: Quorum tamen neuter utrunque
aut absoluit. aut attingit: hominem ne Romanum tā græce
loqui? Non mediū fidius ipas athenas tam atticis dixerim.
Quid multa: iuideo græcis qđ illoꝝ lingua scribere malui-
sti: neq; enī cōiectura eget qđ sermōe patrio exprimere pos-
sis: cū i hoc īsititio & īducto tā p̄clara opera p̄feceris. Vale.

C. Plinius. S. Sossio suo Salutem.

Aluifiū nepotē ualidissime diligo: uig; idustiū rectū
disertū: Quod apđ me uel potissimū ē: Idē. C. Caluifiū
cōtubernalē meū amicū tuū arcta p̄pinqtate cōplectit: Est
n. filius sororis: hūc rogo semestri tribunatu splēdidiorē &
sibi & auūculo suo facias: obligabis me: obligabis Caluifiū
nostrū: obligabis ipm nō minus idoneū debitorem quā nos
putas: Multa beneficia in multos cōtulisti: ausim cōtendere

nullū te melius:æq; bene unū:aut alterę collocasse. Vale.

C. Plinius Sparso suo Salutem.

Eschynem aiunt petētibus rhodiis legisse orationē suam. deinde Demosthenis summis utranq; clamoribus. Quod tātorum uirorum contigisse scriptis nō miror: cū orationē meā p̄xime doctissimi homines hoc studio: hoc assensu: hoc etiā labore p̄ bīduum audierint. quāuis intentionem eorum nulla hinc & inde collatio: nullū quasi certamen accederet. Nam rhodii cum ipsis orationum uirtutibus tum etiam cōparationis aculeis excitabant: nostra oratio sine æmulationis gratia probabatur: an merito scies cū legeris librū: cuius amplitudo nō finit me lōgiore epistola præloq. oportet enim nos in hac certe ī qua possumus eē breues: quo sit excusatius Quod librum ipsum non tamen ultra causæ amplitudinem extendimus. Vale.

C. Plinius Nasoni suo Salutem.

Husci grandine excussi: ī regione transpadana sūma abundantia sed parum utilitatis nunciatur. Solū mihi

Laurētīnū meū ī reditu: nihil quidē ibi possideo p̄ter tectū & hortū statimq; harenas. Solū tamē mihi in reditu: ibi enim plurimū rescribo: nec agrum quē nō habeo: sed ip̄um me studiis excolo: ac iā possum tibi ut aliis ī locis horreū plenū: sic ibi scriniū ostēdere. Igitur tu quoq; si certa & fructuosa p̄dia cōcupiscis aliqd in hoc littore para. Vale.

C. Plinius Lepido suo Salutem.

Aepe tibi dico inesse uim Regulo: mirum ē quā efficiat in quod incubuit: placuit ei lugere filium: luget ut nemo: eius statuas placuit & imagines q̄ plurimas facere: hoc oibus officinis agit: illū coloribus: illū cera: illū ære: illum argento: auro: ebore: marmore effingit. Ipse uero & nuper adhibito ingenti auditorio libę de uita eius recitauit: de uita pueri tecitauit. Tamen eundem librum in exemplaria mille trāscriptū per totam Italiam prouintiasq;

dimisit. Scripsit publice ut a decurionibus eligeretur uocatus
Iissimus aliquis ex ipsis qui legeret eum populo: factum est:
hanc ille uim seu quo alio nomine uocanda est intentio. Quicquid
uelis optinendi si adoptiora uertisset: quantum boni effici
cere potuisset quam minor uis bonis quam malis inest: ac sicut

ita recta ingenia debilitat uerecundia: per-
uersa confirmat audacia. Exemplo est Regulus: imbecillum
latus: os confusum: hæsitans lingua: tardissima inuentio est:
memoria nulla: nihil denique præter ingenium insanum: & ta-
men eo impudentia ipsorum illo furore puenit ut plurimis ora-
tor habeatur. Itaque Hærennius sentio mirifice illud Catonis
de oratore in hunc e contrario uertit: orator est Vir malus di-
cendi imperitus. Non me hercule Cato ipse tam bene uerum
oratore quam hic Regulum expressit: Habes ne quo tali
epistolæ parem gratiam referas: omnes si scripseris nunc aliquis
in municipio uestro ex sodalibus: num etiam ipse tu hunc
luctuosum Reguli librum ut circulator in foro legeris si li-
cet ut ait Demosthenes

est enim tam impetus ut risum magis possit exprimere quam
gemitum: credas non de puero scriptum sed a puero. Vale.

C. Plinius Arriano suo Salutem.

Ratularis mihi quod acceperim auguratum: iure gra-
tularis: primum quod grauiissimi principis iudicium
in minoribus etiam rebus consequi pulchrum est: deinde
quod sacerdotium ipsum cum priscum & religiosum: tum hoc
quoque sacrum plane & inlignè est: quod non admittitur uiuenti.
Nam alia quamquam dignitate prope modum paria ut tribuuntur:
sic auferuntur: in hoc fortunæ hætenus licet: ut dari possit.
Mihi uero etiam illud gratulatione dignum uideatur: quod successi
Iulio frontino principi uiro: qui me nominationis die per hos
continuos annos inter sacerdotes nominabat tamquam in locum suum coar-
taret: quod nunc euentus ita comprobauit ut non fortuitum uideretur.

Te quidem (ut scribis) hoc maxime delectat auguratus meus. Quod, M. Tullius augur fuit: Lætari enim quod honoribus eius insistam: quæ æmulari in studiis cupio, sed utinam ut sacerdotium idem & consulatum multo etiam iuuenior quam ille sum consecutus: Ita senex saltem ingenium eius aliqua ex parte assequi possim. Sed nimirum quæ sunt in manu hominum & mihi & multis contigerunt: Illud uero ut adipisci arduum sic etiam sperare nimium est: quod dari nisi a diis non potest. Vale.

C. Plinius Vrsus tuo Salutem.

Aufam per hos dies dixit Iulius Bassus homo laboriosus: & aduersus suis clarus, accusatus est sub Vespasiano a priuatis duobus: ad senatum remissus diu perperdit: tandem absolutus iudicatusque est. Titum timuit ut domitiani amicus a Domitiano relegatus est: reuocatus a Nerua sortitusque bithyniam redit reus: accusatus non minus acriter quam fideliter defensus uarias sententias habuit: plures tamen mitiores: egit contra eum Pöponius Rufus uir pius & uehemens: ruffo successit Theophanes unus ex legatis fax accusationis & origo: respondi ego: nam mihi Bassus iunxerat: ut totius defensionis fundamenta iacerem: dicere de ornamentis suis: quæ illi & ex generis claritate & ex piculis ipsis magna erant: dicere de conspiratione delatorum: quam in quaestu habebat: dicere causas quibus factiosissimum quemque ut illum ipsum Theophanem offendisset: eundem me uoluerat occurrere crimini: quo maxime premebatur: in aliis enim quamuis auditu grauioribus non absolute modo: uerum etiam laudem merebatur: hoc illum onerabat: quod homo simplex & incautus quædam a prouincialibus: ut amicus acceperat: Nam fuerat in prouincia eadem quaestor: hæc accusatores furta & rapinas: Ipse munera uocabat. Sed lex munera quoque accipi uetat: hic ego quod agerem: quod iter defensionis ingredi: negarem: uerebar: ne plane furtum uideretur quod confiteri timerem. præterea res manifesta inficiari auctoris erat crimen non diluentis: præsertim cum reus ipse nihil integrum

aduocatis reliquisset: Multis enim atq; etiã principi dixerat
sola se munuscula duntaxat natali suo aut accepisse saturna
libus: & plerisq; misisse. Veniã ergo peterem: lugularẽ reum
quem ita deliquisse cõcederẽ: ut seruari nisi uenia nõ posset:
tanquam recte factum tuerer. Non illi profuissem: sed ipse
impudens extituissem: i hac difficultate placuit quiddam me
dium tenere: Videor tenuisse: actionem meam ut plia solet
nox diremit: egerã horis tribus & dimidia: supererat Sesqui
hora: Nam cum ex lege accusator sex horas: nouem reus ac
cepisset: ita diuiserat tempora reus: inter me & eum qui di
cturus post erat: ut ego quinq; horis: ille reliquis uteretur:
mihì successus actionis silentium finemq; suadebat. Temera
riũ est eni secũdis nõ esse contentũ: Ad hoc uerebar: ne me
mox corporis uires iterato labore deficerent: quã difficilius
ẽ repetere quã iũgere. Erat etiã piculũ ne reliq; actio mea &
frigus ut deposita: & tediũ ut relũpta pateret. ut enim faces
ignẽ assidua cõcussioẽ custodiũt: dimissum egerrie reparat:
Sic & dicentis calor & audientis itentio cõtinuatione serua
tur: Interapedine & quasi remissioẽ languescit: Sed Bassus
multis precibus. pene & lachrymis obsecrabat implerẽ meũ
tempus: parui: utilitatemq; eius prætuli meã. bene cessit: in
ueni ita erectos animos senatus: ita recentes: ut patior actioẽ
incitati magis quam satiati uiderent. Successit mihi Lucius
albinus tã apte: ut oratioẽ nostrã uarietatẽ duarũ cõtextũ
unius habuisse credant. Respõdit Hærennius pollio istãter
& grauiter: Deinde Theophanes rursus: fecit eni hoc quoq;
ut cætera ipudentissime: qd' post duos & cõsulares & diser
tos tẽpus sibi & quidẽ laxius uedicauit: Dixit in noctẽ atq;
etiã illatis lucernis: postero die egerũt p Basso Nomulus &
frõto mirifice: quartũ diẽ pbatioẽ occupauerũt. Celsiuit Be
bius macer cõsul dsignatus lege repetũdaz Bassum teneri:
Cepio hispo salua dignitate iudices dandos: Vterque recte

Qui fieri potest inquis? cum tam diuersa censuerint: quia scilicet & macro legem intuenti consentaneum fuit dānare eum: qui contra legem munera acceperat: & Cepio cum putaret licere senatui sicut licet & mitigare leges & itēdere: nō sine ratione ueniam dedit: factō uectito quidē nō tamē inu sitato: p̄ualuit sententia Cepionis: Quinimo confurgenti ei ad censendū acclamatū est quod solet residentibus: Ex quo potes existimare quāto cōsensu sit exceptū cū diceret: quod tam fauorabile fuit cum dicturus uideretur: Sunt tamen ut in senatu: ita ī ciuitate ī duas partes hominū iudicia diuisa: Nam quibus sententia Cepionis placuit: sententiā macri ut rigidam durāq; reprāhendūt. Quibus macri: illam alteram dissolutam atq; etiam incongruentem uocant: Negāt enī cōgruēs esse retinere ī senatu cui iudices dederis. Fuit & tertia sentētia: Valerius paulinus assensus Cepioni hoc āplius censuit referēdū d̄ Theophane cū legationē renūciasset: Arguebatur enim multa ī accusatione fecisse: quæ illa ipsa lege q̄ Bassum accusauerat tenerentur: Sed hanc sententiā cōsules quanq̄ maxime parti senatus mire prōbābatur: non sunt p̄secuti: Paulinus tamen & iustitiæ famam & constātiæ tulit: Misso senatu Bassus magna hominū frequentia: magno clamore: magno gaudio exceptus est: fecerat eum fauorabilem renouata discriminum uetus fama notumque periculis nomen: & ī procero corpore mœsta & squalida senectus: habebis hanc interim epistolam ut a expectabis orationem plenam onustamque: expectabis diu: neque enim leuiter & cursim ut de re tanta retractanda est. Vale.

C. Plinius, S. Sabino suo salutem.

Cribis mihi Sabinā q̄ nos reliq̄t hæredes modestum seruum suū nusq̄ liberum esse iussisse: eidē tamē sic ascripisse: legatum modesto quem liberū esse iussi. Quæris quid sentiam: cōtuli cū prudētibus: cū peritis iuris: cōuenit

Inter omnes nec libertatem deberi: quia non sit data: nec legatum: quia seruo suo dederit: Sed mihi manifestus error uidetur: ideoque puto nobis quasi scripserit Sabina faciendum quod ipsa scripserit se credidit: Confido accessurum te sententiae meae: Cum religiosissime soleas custodire defunctorum uoluntatem, quam bonus haeredibus intellexisse pro iure est. Neque enim minus apud nos honestas: quam apud alios necessitas ualet: moretur ergo in libertate finientibus nobis: fruatur legato: quasi omnia diligentissime cauerit: cauit enim quae haeredes bene elegit. Vale.

C. Plinius. S. Cornelio Minutiano suo Sal.

Vdisti ne Valerium Licinianum in Sicilia profiteri? Nondum te puto audisse: Est enim recens nuncius praetorius: hic modo iter eloquentissimos causarum actores habebat. Nunc eo decidit: ut exul de senatore: rhetor de oratore fieret: Itaque ipse in praefatione dixit dolenter & grauius. Quos tibi fortuna ludos facis? Facis enim ex praefatoribus senatores: ex senatoribus praefatores. Cui sententiae tantum bilis: tantum amaritudinis inest: ut mihi uideatur ideo professus ut hoc diceret: idem cum graeco pallio amictus intrasset. Careret enim togae iure: quibus aqua & igni interdictum est: postquam se composuit: circumspexitque habitum suum: latine inquit Declamaturus sum dicens tristia & misera. Dignum tamen illum qui haec ipsa studia incesti scelere macularit: confessus est quidem incestum sed incertum utrum quia uerum erat an quia grauiora metuebat si negasset. Fremebat enim Domitianus: aestuabaque ingenti inuidia destitutus: nam cum Corneliam Maximillam uestalem defodere uiuam concupisset ut qui illustrari saeculum suum eiusmodi exemplis arbitraretur Pontificis maximi iure seu potius immanitate tyranni licentia domini reliquos pontifices non in regia sed in albanam uillam conuocauit. nec minore scelere quam quod ulcisci uidebatur: absentem inauditamque damnauit incesti: cum ipse

fratris filiam incesto non polluisset solum uerum etiā occi-
disset: Nam uidua abortu periit: missi statim pontifices qui
defodiendam necadāq; curarēt: Illa nūc ad uestā nūc ad cæte-
ros deos manus tendēs multa sed hoc frequētissime clami-
tabat: Me Cæsar incestā putat: q̄ sacra faciente uicit: triūpha-
uit: blādiens hæc an irridens ex fiducia sua an ex cōtemptu
principis dixerit dubium ē: dixit donec ad suppliciū nescio
an innocens certe tanq̄ nocēs ducta est. Quin etiā cū ī illud
subterraneum cubiculum demitteretur: hæsissetq; descēde-
ti stola: uertit se ac recollegit: cū ei carnifex manū daret ad-
uersata ē & resiliit foedumq; cōtactū quasi plane a casto cor-
pore puroq; nouissima factitate reiecit: oībusq; numeris pu-
doris: præterea celer
eques romanus cui Cornelia obiiciebatur cū ī comitio uir-
gis cædere ī hac uoce p̄stiterat: qd feci. Nihil feci. Ardebat
ergo Domitianus & crudelitatis & iniquitatis infamia arri-
pit Licinianum quod in agris suis occultasset Corneliæ li-
bertam. Ille ab his qbus erat curæ præmonetur: si comitiū
& uirgas pati nollet ad confessionem cōfugeret quasi ad ue-
niam: fecit: locutus est pro absente Hærennius senetio tale
quidam quale est illud: Ait
enī ex aduocato nūcius factus sum: Licinianus recessit: gra-
tum hoc Domitiano: adeo qdē ut gaudio p̄diret diceretq;
absoluit nos Licinianus: adiecit etiā nō esse uerecūdiæ eius
instandū: ipsi uero permisit si qua posset ex rebus suis raper-
ante quam bona publicarentur. exiliumq; molle uelut præ-
mium dedit. Ex quo tamen postea clæmentia Diuī Neruæ
translatus est in siciliam ubi nunc profitetur: seque defor-
tuna præfationibus uindicat: uides quam obsequēter p̄reā
tibi: qui nō solum res urbanas uerum etiam peregrinas tā
sedulo scribo: ut altius repetam: & sane putabam te q̄a tunc
abfuiisti. nihil aliud de Liciniano audisse: quam relegatū ob
incestum: Summam enim rerum nunciat fama nō ordinē:

mereor ut uicissim quid in oppido tuo quid in finitimis agatur: (solent enim notabilia quaedam incidere): perscribas: denique quicquid uoles dummodo non minus longa epistola nuncies: ego non paginas tantum sed etiam uersus syllabasque numerabo.

C. Plinius Arriano suo Salutem.

Mas Aegnatium Marcellinum atque etiam mihi saepe commendas: amabis magis commendabisque: si cognoueris eius recens factum. Cum in punitiam quaestor exisset scribaque qui sorte obtigerat ante legitimum tempus salarii amississet quod acceperat scribae daturus intellexit & statuit subsidere apud se non oportere. Itaque reuersus Caesarem: deinde Caesare auctore senatum consuluit: quid fieri de salario uellet & parua quaestio sed tamen quaestio haereditas scribae sibi: praefecti aerario populoque uindicabant: acta causa est. dixit haereditum aduocatus: deinde populi: uterque percomode. Caelius Strabo aerario censuit inferendum: Bebius macer haereditibus dandum: obtinuit Strabo: tu lauda Marcellinum ut ego statim feci: quis enim abunde sufficiat illi quod est a principe & a senatu praebatus: gaudebit tamen testimonio tuo: omnes enim qui gloria famaque ducuntur mirum in modum assensio & laus a minoribus etiam profecta delectat: Te uero Marcellinus ita uereciter: ut iudicio tuo plurimum tribuat: accedit his: quod si cognorit factum suum isto usque penetrasse: necesse est laudis suae spatio & cursu & peregrinatione laetetur. Etenim nescio quo pacto uel magis homines iuuat gloria lata quam magna. Vale.

C. Plinius Tacito suo Salutem.

Aluum te in urbem uenisse gaudeo: uenisti autem si quando alias nunc mihi maxime desideratus: ipse adhuc pauculis diebus in Tusculano commorabor: ut opusculum quod est in manibus absoluam. Vereor enim ne si hanc intentionem iam in finem laxauero: aegre resumam: interim ne quod festinationi meae pereat: quod sum praesens petiturus hac quasi praecursoria epistola rogo, sed prius accipe causas rogandi:

deinde ipsum quod peto: proxime cum in patria mea fui ue-
nit ad me salutadū municipis mei filius p̄textatus: ego huic
studes inquam: respondit etiam: ubi? Mediolani: cur nō hic?
& pater eius: (erat enim una: atq; etiam ipse adduxerat puc-
rum) quia nullos hic p̄ceptores habemus. quare nullos? nā
uehementer itererat uestra qui patres estis & opportune cū
plures patres audiebāt liberos uestros hic potissimū disce-
re. Vbi enim aut iucundius morarentur quam ī patria aut
pudicius continerentur quam sub oculis parētum aut mi-
nore sumptu quam domi. quantum est ergo collata pecu-
nia conducere p̄ceptores: quod nunc in habitationes in-
uiatica ī ea quæ peregre emunt impenditis adicere merce-
dibus: atq; adeo ego qui nundū liberos habeo paratus sum
p̄ rep. nostra quali p̄ filia uel parente tertiā partē eius quod
conferre uobis placebit dare. Totum etiam pollicerer: nisi
timerem ne hoc munus meum quandoq; ambitu corrupet
ut accidere multis ī locis uideo ī quibus p̄ceptores publi-
ce cōducuntur: huic uitio occurri uno remedio potest si pa-
rētibus solis ius cōducendi relinquatur. iisdem religio recte
iudicandi necessitate collationis addatur. Nam q̄ fortasse d̄
alieno negligentes certe de suo diligentes erunt. dabuntq;
operam ne a me pecuniam non nisi dignus accipiat: si accep-
turus. & ab his erit: proinde conspirete consentite: maiorēq;
animum ex meo sumite qui cupio esse quam plurimū quod
debeam conferre: nihil honestius p̄stare liberis uestris ni-
hil gratius patriæ potestis: educentur hic qui hic nascuntur:
statimq; ab infantia natale solum amare frequentare cōsue-
scant. atque utinam tam claros p̄ceptores inducatis ut in
finitimis oppidis hinc studia petantur. utque nunc liberi no-
stri aliena in loca: ita mox alieni hūc in locū confluant. Hæc
putaui altius & quasi a fonte repetenda: quo magis scires q̄
gratum mihi foret: si susciperes quod iniūgo: iniūgo aut: &
p̄ rei magnitudine rogo: ut ex copia studiorum quæ ad te

ex admiratione ingenii tui conuenit circūspicias præceptores quos sollicitare possimus sub ea tamē cōditiōe: ne cui fidē meā obstringam: omnia enim libera parētibus seruo. Illi iudicent: illi eligant: ego mihi curam tantum & impendiū uindico. Proinde si quis fuerit repertus qui ingenio suo fidat eat illuc ea lege ut hinc nihil aliud certum quam fidutiam suam fuerat. Vale.

C. Plinius Paterno suo Salutem.

V fortasse orationem ut soles & flagitas & expectas: At ego quasi ex aliqua peregrina delicataque merce lusus meos tibi prodo: Accipies cū hac epistola hendecasyllabos nostros: quibus nos in uehiculo ī balneo inter coenā oblectamus otiiū tēporis: his iocamur ludimus: amamus: dolemus: querimur: irascimur: describimus aliqd mō: altius modo pressius: atq; ipsa uarietate tentamus efficere: ut aliis alia quædam fortasse omnibus placeant: Ex quibus tamen si nonnulla tibi paulo petulantiora uidebūtur: erit eruditionis tuæ cogitare summos illos & grauissimos uiros quæ talia scripserunt non modo a lasciuia rerum: sed ne uerbis quæ de nudis abstinuissent: quæ nos refugimus nō quia seueriores: unde enim: sed quia timidiores sumus: scimus alioquin huius opusculi illam esse uerissimā legē: quam Catullus expressit. Nam castum esse decet pium poetā ipsum: uersiculos nihil necesse est: qui tunc deniq; habent salem & leporem: si sunt molliculi & parum pudici. Ego quanti faciam iudiciū tuū uel ex hoc potes æstimare: quod malui omnia a te pentitari: quæ electa laudari. & sane quæ sunt cōmodissima desinūt uideri cum paria esse coeperunt. Præterea sapiens subtilisq; lector debet non diuersis conferre diuersa: sed singula expendere: nec deterius aliud putare quod est ī suo genere perfectum. Sed quid ego plura? Nam longiore præfatione uel excusare uel commendare ineptias ineptissimum est. Vnum illud prædicendum uidetur cogitare me has nugas ita inscribere

hendecasyllabi: qui titulus sola metri lege cōscribitur. Proinde siue epigrāmata siue edulia siue æglogas siue (ut multi) poemata seu qđ aliud uocare malueris: Licebit uoces. Ego tātū hēdecasyllabos p̄sto: a simplicitate tua peto qđ de libello meo dicturus es aliis mihi dicas: necq; ē difficile qđ postulo. Nam si hoc opusculum nostrum aut potissimum eēt aut solum posset durum uideri dicere. Quære quid agas Molle & humanum est habes quod agas. Vale.

C. Plinius Fundano suo Salutem.

I quid omnino: hoc certe iudicio facio quod Asiniū Ruffum singulariter amo: Est homo eximius & bonoꝝ amātissimus: Cur enī nō me quoq; iter bonos numerē? Idē Corneliū Tacitū scis quem uirum: arcta familiaritate cōplexus ē: proinde si utrunq; nostrū p̄bas: de Ruffo quoq; necesse est idē sentias: quū sit ad cōnectendas amicitias uel tenacissimū uinculū morū similitudo. Sūt ei liberi plures: Nam in hoc quoq; functus est optimi ciuis officio quod fæcūditate uxoris large frui uoluit eo fæculo: quo plerisq; etiā singulos filios orbatis præmia graues faciunt: quibus ille despectis aui quoq; nomen assumpsit: est enī auus & qđē ex Saturio firmo: quē diliges ut ego: si ut ego p̄pius inspexeris. Hæc eo p̄tinent ut scias q̄ copiosam q̄ numerosā domū uno beneficio sis obligaturus: ad quod petēdū uoto primū deīde bono quodā omine adducimur. Optamus enī tibi ominamurq; ī proximum annum Consulatum: Ita nos uirtutis tuæ: ita iudicia Principis augurari uolunt. Cōcurrit autem ut sit eodem anno quæstor maximus ex liberis Ruffi Asinius Bassus iuuenis: nescio an dicam quod me pater & sentire & dicere cupit, adolescentis uerecundia uetat ipso patre melior. difficile est ut mihi de absente credas: quāquā credere soles omnia. tantum in illo idustriæ: probitatis: eruditionis: ingenii: studiū: memoriæ denique esse: quantum expertus inuenies. Vellem tam ferax fæculum bonis artibus

haberemus: ut aliquos Basso præferre deberes: Tum ego te primus hortarer moneremque circumferres oculos ac diu pensitares quem potissimum eligeres. Hunc uero sed nihil uolo de amico meo arrogantius dicere: hoc solum dico dignum esse iuuenem quem more maiorum in filii locum assumes. Debent autem sapientes uiri ut tu: tales a rep. liberos accipere: quales a natura solemus optare. Decorus erit tibi Consuli quæstor patre prætorio: propinquis consularibus quibus iudicio ipsorum quanquam adolescentulus adhuc iam tamen inuicem ornamento est. Proinde indulge precibus meis. obsequere consilio: & ante omnia si festinare uideor ignosce: primum quia uotis suis amor plerumque præcurrit: Deinde quod in ea ciuitate in qua omnia quasi ab occupantibus aguntur quæ legitimum tempus expectant non matura sed sera sunt: In summa quod rerum quas assequi cupias præsumptio ipsa iucunda est. reueatur iam te Bassus ut consulem. Tu dilige illum ut quæstorem: Nos denique utriusque uestrum amatissimi duplici lætitia perfruemur: etenim cum sic te: sic Bassum diligamus: ut & illum cuiuscunque & tuum quemcunque quæstorem in petendis honoribus omni opere omni labore omni gratia simus adiuturi: perquam iucundum nobis erit si in eundem iuuenem studium nostrum & amicitia nostra & cōsulatus tui ratio contulerit: si denique precibus meis tu potissimum adiutor accesseris: cuius senatus & suffragio libentissime indulgeat & testimonio plurimum credat. Vale.

C. Plinius Valerio Paulino salutem.

Aude meo: gaude tuo: gaude etiam publico nomine. Adhuc honor studiis durat. proxime cum dicturus apud centumuiros essem: adeundi mihi locus nisi a tribunali nisi per ipsos iudices non fuit: tanta stipatiōe Cætera tenebantur: Ad hoc quidam ornatus adolescens scissis tunicis ut in frequētia solet fieri: sola uelatus toga perstitit

& quidem horis septem: Nam tamdiu dixi: magno cum labore maiore cum fructu. Studeamus ergo nec desidiæ nostræ prætendamus alienam: sunt qui audiant: sunt qui legant: nos modo dignum auribus: dignum chartis elaboremus. Vale.

C. Plinius Gallo suo salutem.

Admones & rogas ut suscipiā absentis Corelliæ causā cōtra. C. Cæciliū cōsulē designatū. Quod Admones gratias ago: quod rogas queror: admoneri enī dēbeo: ut sciā. rogari nō: ut faciam quod mihi non facere turpissimum est: an ego tueri Corelli filiam dubitem? Est mihi quidem cum isto contra quem me aduocas non plane familiaritas sed tamen amicitia. Accedit huc dignitas hominis: atque hic ipse cui destinatus est honor: Cuius nobis hoc maior agenda reuerentia est: quod iam illo functi sumus. Naturale est enim: ut ea quæ quis adeptus est ipsa quā amplissima existimari uelit: Sed mihi cogitāti ad futurum Corelli filia: omnia ista frigida & inania uidentur. Obuersatur oculis ille uir: quo neminem ætas nostra grauiorem: sanctiorē: subtiliorem denique tulit. quem ego cū ex admiratione diligere coepissem quod euenire contra solet magis admiratus sum postquam penitus inspexi: Inspexi enim penitus: nihil amē ille secretum: non ioculare: non serium: non triste: nō lætū: Adolescentulus eram etiam mihi ab illo honor atq; etiam audebo dicere etiam reuerētia ut ab æquali habebatur. Ille meus ī petendis honoribus suffragator & testis: ille in īchoandis deductor & comes. ille in gerēdis cōsiliator & rector: ille deniq; in omnibus officiis nostris quanquam & imbecillus & senior quasi iuuenis & ualidus cōspiciebatur. Quātum ille famæ meæ domi: in publico: quantum etiam apud principem adstruxit. Nam cū forte de bonis iuuenibus apud Neruam Imperatorem sermo incidisset: & plerique me laudibus ferrent: Paulisper se intra silentium tenuit: quod illi

plurimum auctoritatis: addebat: deinde grauitate quam no-
ras: necesse est inquit partius laudem Secundum: quia nihil
nisi ex consilio meo facit: Qua uoce tribuit mihi quantum
petere uoto in modicum erat: nihil me facere non sapientif-
sime: cum omnia ex consilio sapientissimi uiri facerem.
Quin etiam moriens filiae suae ut ipsa solet praedicare mul-
tos quidem amicos tibi in longiore uita parauit: Praecipuos
tamen Secundum & Cornutum. Quod dum recordor in-
telligo mihi laborandum: ne qua parte uidear hanc de me
fiduciam prouidentissimi uiri destituisse. Quare ego uero
Coreliae adero promptissime: nec subire offensas recusabo.
quanquam non solum ueniam me: uerum etiam laudem
apud istum ipsum a quo ut ais noua lis fortasse ut foeminae
intenditur: arbitror consecuturum: si hac eadem in actione
latius scilicet & uberius quam epistolarum angustiae sinunt
contigerit mihi uel in excusationem uel etiam in commen-
dationem meam dicere. Vale.

C. Plinius Antonio suo salutem.

Vemadmodum magis approbare tibi possum quan-
topere miror Epigrammata tua graeca quam quod
quaedam aemulari latine & exprimere tentauit. In de-
terius quidem accidit hoc: primum imbecillitate ingenii mei:
deinde inopia ac potius ut Lucretius ait egestate patrii ser-
monis. Quod si haec & quae sunt latina & mea hære tibi ali-
quid uenustatis uidebuntur: quantum putas inesse eis gratiae:
quae mihi & a te & graece proferuntur. Vale.

C. Plinius Hispullae suae salutem.

Vm sis pietatis exemplum: fratremque optimum & amantissimum tui pari caritate dilexeris: filiamque eius ut tuam diligas: nec tantum amicae eius uerum etiam patris amissi effectum repraesentantes: non dubito maximo tibi gaudio fore: cum cognoueris dignam patre: dignam te: di-

gnam auro euadere. Summum est acumen: sūma frugalitas; amat me quod castitatis indicium est. Accedit his studium litterarum: quod ex mei caritate concepit. Meos libellos habet: lectitat: ediscit etiam. **Q**ua illa sollicitudine: cum uideor acturus: quanto cum'egi gaudio afficitur? Disponit qui nuncient sibi quem ad sensum: quos clamores excitarem: quem euentum iudicii tulerim. Eadem si quando recitem in proximum discreta uelo sedet laudesque nostras auidissimis auribus excipit: uersus quidem meos cantat & forma atque cithara non artifice aliquo docente: sed amore quod magister est optimus. His & causis in spem certissimam adducor perpetuam nobis maioremque indies futuram esse concordiam. Non enim ætatē meā aut corpus quæ paulatim occidunt ac senescunt: sed gloriam diligit: Nec aliud decet tuis manibus educatam: tuis præceptis institutam: quæ nihil in contubernio tuo uiderit nisi sanctum honestumque: Quæ denique amare me ex tua prædicatione consueuerit. Nam cum matrem meam parentis loco uenerere: me a pueritia statim formare laudare talemque qualis nunc uxori meæ uideor ominari solebas. Certatim ergo tibi gratias agimus. Ego quod illam mihi illa quod me sibi dederis quasi inuicem elegeris. Vale.

C. Plinius Nonio maximo suo salutem.

Vid senserim de singulis libris tuis notum tibi ut quemque perlegeram feci. Accipe nūc quid de uniuersis generaliter iudicem. Est opus pulchrum: ualidum: acre: sublime: uarium: elegans: purum: figuratum: spatiosum etiam & cum magna tua laude diffusum. In quo tu ingenii simul dolorisque uelis latissime uectus es: & hoc utrūque inuicem adiumento fuit. Nam dolori sublimitatem & magnificentiam ingenii: ingenio uim & amaritudinem dolor addidit. Vale.

C. Plinius Velio Cereali suo salutem.

Ristem & acerbū casum Heluidiæ Soror: utraq; a
partu utraq; filiā enixa decessit. afficior dolore: (nec
tamē supramodū doleo): Ita mihi luctuosum uidef:
qd̄ puellas honestissimas ī flore primo fæcunditas abstulit.
Angor infantiu sorte quæ sunt parētibus statī & dū nascūf
orbaræ. Angor optimorū maritorū: angor etiā meo noīe. Nā
patrē illarū defunctū quoq; pseuerantissime diligo: ut actio
ne mea librisq; testatū est. Cui nūc unus ex tribus liberis su
perest: domūq; pluribus adminiculis paulo ante fundatam
desolatus fulcit ac sustinet: Magno tamē fomento dolor me
us acqescet: si hunc saltē fortē & icolumen parēq; illi patri:
illi auo fortuna seruauerit: Cuius ego p salute pro moribus
hoc sum magis anxius: quod unicus factus est. nosti in amo
re mollitiā ai mei: nosti metus: Quo minus te mirari oport
tebit quod plurimū timeā de quo plurimū spero. Vale.

C. Plinius Sempronio Ruffo suo salutem.

Nterfui principis optimi cognitioni in consiliū ad
sumptus: gymnicus agon apud Viēntes ex cuius
dā testamento celebrabat. Hunc Trebonius Ruffi
nus uir egregius nobisq; amicus in duumviratu suo tollen
dum abolendumq; curauit. Negabatur ex auctoritate publi
ca fecisse. Egit ipse causam nō minus fœliciter quā diserte.
Cōmendabat actionem quod tanquam homo romanus &
bonus ciuis in negotio suo & mature & grauiter loquebat.
Cum sententiæ prorogarentur. Dixit Iunius Mauricus quo
uiro nihil firmitus nihil uerius: non esse restituendū Viēn
sibus agona: adiecit: uellem etiam tolli posset Romæ. con
stāter inquis & fortiter. Quid nī? Sed hoc fortiter Maurico
nouum non est. Idem apud Neruam Imperatorē nō minus
fortiter. Cœnabat Nerua cum paucis. Vegento recūbebat
proximus atque etiam in sinu. Dixi omnia: Cum hominem
nominaui icidit sermo de Catullo Messallino q luminibus
orbatus īgenio sæuo mala cæcitatatis addiderat: nō uerebat:

non erubescere: non miserabatur, quo saepius a Domitiano
non secus ac tela quae & ipsa caeca & improuida ferunt in optimum
quaeque contorquebat. De huius neqtia sanguinariisque sententiis
in commune omnes super coenam loquebantur. Tu ipse Imperator. Quid
putamus passurum fuisse si uiueret. Mauricus nobiscum coe-
naret: longius abii. Libens tamen placuit agona tolli: quod mo-
res Vienensium infecerat: ut noster hic omnium. Nam Vie-
nensium uitia intra ipsos residunt: nostra late uagantur. Vtque
in corporibus sic in imperio grauissimus est morbus qui a
capite diffunditur. Vale.

C. Plinius Pomponio Basso suo salutem.

Agnam cepi uoluptatem: cum ex communibus amicis co-
gnoui te ut sapientia tua dignum est & disponere otium &
ferre: habitare amoenissime: & nunc terra nunc mari
corpore agitare: multum disputare multum audire: multum lecti-
tare. Cumque plurimum scias: quotidie tamen aliquid addiscere. Ita
senescere oportet uixque magistratus amplissimos gesserit:
exercitus rexit: totumque se reip. quamdiu decebat optulerit.
Nam & prima uitae tempora & media patriae: extrema nobis im-
partire debemus ut ipse leges monet quae maiorem aetate otio
reddunt. Quando mihi licebit: quando praetate honestum erit
imitari istud pulcherrimae quietis exemplum: quando secessus
mei non desiderii nomen sed tranquillitatis accipiet. Vale.

C. Plinius Fabio Valenti suo salutem.

Roxime cum apud Centumuiros in quadruplici iu-
dicio dixissem: subit recordatio egisse me iuuenem:
aeque in quadruplici. praecessit animus ut solet longius:
coepi reputare quos in hoc iudicio quos in illo sortios laboris
habuissem. Solus eram qui in utroque dixissem: tamen conuersio-
nes aut fragilitas mortalitatis aut mobilitas fortunae facit.
Quidam ex iis qui tunc egerant decesserunt: exulant alii: huic
aetas & ualitudo silentium suavit: hic sponte beatissimo otio
fruitur, alius exercitum regit: illum civilibus officiis principis

amicitia exemit: Circa nos ipsos q̄ multa mutata sunt: studiis periclitati sumus. Rursusque processimus: profuerunt nobis amicitiae bonorū & obfuerunt: iterumque profunt. Si computes annos: exiguum tempus, si uices rerum: æuū putes: Quod potest esse documento nihil desperare: nulli rei fidere: cum uideamus tot uarietates tam uolubili orbe circunagi. Mihi autem familiare est omnes cogitationes meas tecum cōmunicare: iisdemque te uel præceptis uel exemplis monere: quibus ipse me moneo: quæ ratio huius epistolæ fuit. Vale.

C. Plinius Mesio maximo suo Salutem.

Criperam tibi uerēdum esse: ne ex tacitis suffragiis uitium aliquod existeret: factum est proximis comitiis in quibusdā tabellis multa iocularia atq; etiā fœda dictu: in una uero p̄ candidatoꝝ nominibus suffragatorum nomina inuenta sunt. Excāduit senatus magnoque clamore & qui scripsisset iratum principem est cōprecatus, ille tamen sefellit & latuit fortasse etiam inter indignantis fuit. Quid hunc putamus domi facere qui in tanta re tam serio tempore tam scurriliter ludat? Qui deniq; omnino in senatu dicax & urbanus & bellus est: Tantum licentiæ prauis ingeniis adiicit illa fidutia: Quis enim sciet? poposcit tabellas: stilum accepit: dimisit caput: neminem ueretur: sed contemnit. Inde ista ludibria scena & pulpito digna quo te uertas: quæ remedia conquiras? ubique uitia remediis fortiora

Cui multum quotidie uigiliarum: multum laboris adiicit hæc nostra iners sed tamen effrænata petulantia. Vale.

C. Plinius Nepoti suo Salutem.

Etis ut libellos meos quos studiosissime comparasti recognoscendos emendandosq; curem, faciam, quid enī suscipere libentius debeo te presertim exigente? Nā cū uir grauissimus: doctissimus: disertissimus sup hæc

occupatissimus maximæ prouintiæ præfutura tantip-
tes scripta nostra cirrunferre tecum: Quantopere mihi pro-
uidendum est ne te hæc pars sarcinarum tanquam superua-
cua offendat. Adnitar ergo primum ut comites istos quãcõ-
modissimos habeas: deinde ut reuersus inuenias quos uelis
istis addere. Neque enim mediocriter me ad noua opera tu-
lector hortaris. Vale.

C. Plinius Falconi suo Salutem.

Ertius dies est quot audiui recitantem Sentium Au-
gurius cum summa mea uoluptate immo etiã ad-
miratione, poetica appellat: multa tenuiter: mul-
ta sublimiter: multa uenuste: multa tenere: multa dulciter:
multa cum bile. Aliquot annis puto nihil generis eiusdem
absolutius scriptum: nisi forte me fallit aut amor eius aut
quod me ipsum laudibus uexit: Nam lemma sibi sumpsit
quod ego interdum uersibus ludo. Atque adeo iudicii mei
te iudicem faciam: si mihi ex hoc ipso lemmate secũdus uer-
sus occurrerit: nam cæteros teneo & iam explicui. Cãto car-
mina uersibus minutis his olim quibus & meus Catullus &
Caluus ueteresque. Sed quid ad me: unus Plinius est Mihi
prior: Is mauult uersiculos foro relicto & q̃rit quod amet
putatque amari. ille Plinius ille. Quid Catones. I nunc qui-
quis sapias amare noli. Vides quam acuta omnia quam apta
quam expressa. Ad hunc gustum totum librum repromit-
to: quem tibi ut primum publicauerit exhibebo. Interim
ama iuuenem & temporibus nostris gratulare pro ingenio
tali: quod ille moribus adornat: uiuit cum Spurina: uiuit cũ
Antonino: quorum alteri affinis: utrique contubernalis est.
Possis ex hoc facere coniecturam quam sit emendatus ado-
lescens qui a grauissimis senibus sic amatur. Est enim illud
uerissimum. Vale.

C. Plinius Iulio Seuero suo Salutem.

Aerennius seuerus uir doctissimus magni aestimat in bibliotheca sua ponere imagines municipum tuorum Cornelii nepotis. & Titi atii: petitque si sunt istic ut esse credibile est exscribendas pingendasque de legem. Quam curam tibi potissimum iniungo: primum quia desideris meis amicissime obsequeris: Deinde quia tibi studiorum summa reuerentia: summus amor studiosorum: postremo quod patriam tuam omnisque qui nomen eius auxerunt ut patriam ipsam ueneraris & diligis. Peto ut pictorem quod diligentissimum assumes. Nam cum est arduum similitudinem effingere ex uero: tum longe difficillima est imitationis imitatio. Quare rogo ut artificem quem elegeris ne in melius quidem sinas aberrare. Vale.

C. Plinius Romano suo Salutem.

Ia tu cum proximo res agentur quoquo modo ad id dicandum ueni: Nihil est quod in dextram aurem fiducia mei dormias: non impune cessatur: Ecce Licinius nepos praetor acer & fortis uir multam etiam dixit Senatori: Egit ille in senatu causam suam: egit autem sic ut deprecaretur: remissa est multa: sed timuit: sed rogauit: Sed opus uenia fuit. dices non omnes praetores tam seueri. falleris. Nam uel instituere uel reducere eiusmodi exemplum non nisi seueri: institutum reductumue exercere etiam lenissimi possunt. Vale.

C. Plinius Surrae suo Salutem.

Tuli tibi ex patria mea pro munusculo quaestionem altissima ista eruditione dignissima: Fons oritur in monte: per saxa decurrit: excipitur coenatiuncula manu facta. Ibi paululum retentus in larium lacum decidit: huius mira natura. Ter in die stasis auctibus. ac diminutionibus crescit decrescitque. Cernit id palam & cum summa uoluptate deprehenditur. Iuxta recumbis & uesceris. Atque etiam ex ipso

fonte: nam est frigidus: potas. interim ille certis dimensisque
momentis uel subtrahitur uel assurgit. Annulum seu quid
aliud ponis in sicco alluitur sensim ac nouissime operit de
tegitur rursum paulatimque deseritur: Si diutius obserues utrum-
que iteque atque tertio uideas. Spiritus ne aliquis occultior os
foris & fauces modo laxat modo includit prout in latas occur-
rit aut decessit expulsus? Quod in ampullis caeterisque generis
eiusdem uidemus accidere: quibus non hians nec statim patens
exitus: Nam illa quoque quanquam prona & uergentia per
quasdam obluentis animae moras crebris quasi singultibus
sistunt: quod effundunt. An quae oceano natura fontis quoque?
quaeque ille ratione aut impellitur aut resorbetur hac modicus
hic humor uicibus alternis supprimitur & egeritur. An ut
flumina quae in mare deferuntur aduersantibus uentis ob-
uioque aestu retorquentur: ita est aliquid quod huius fontis
excursum per momenta repercutiat. An latentibus uenis
certa mensura? quae dum colligit quod exhauserat minor est
rius & pigrior: is cum colligit agilior maiorque profertur.
An nescio quod libramentum abditum & caecum quod cum exina-
nitiu est suscitatur & elicit fontem: cum repletur moratur & strangu-
lat. Scrutare tu causas. potes enim quae ratum miraculum efficiunt:
mihi abunde est si satis expressi quod efficitur. Vale.

Liber. C. Plinii Epistolarum Quintus Incipit.

C. Plinius Seuero suo Salutem.

Egatum mihi obuēit modicum sed amplissimo
gratius. Cur amplissimo gratius? Pomponia Gal-
la exhaeredito filio Assudio Curiano haeredem
reliquerat me: dederat cohæredes Sertorium se-
uerum praetorium uirum aliosque splendidos equites ro-
manos. Curianus orabat ut sibi donarem portionem meam:
seque praedicio iuarem. Eandem tacita conuentione saluam

mihī pollicebatur. Respondebā nō cōuenire moribus meis
aliud palam: aliud agere secreto, præterea non esse satis ho-
nestū donare & locupleti & orbo: In summa non profuturū
ei si donassem: profuturum si cessissem, esse autem me para-
tum cedere si iniquū exhæredatū mihi liqueret. Ad hoc ille,
rogo cognoscas. Cuntatus paulum: faciam inquā. Neq; enī
uideo cur me minorem putem quā tibi uideor. Sed iā nunc
memento non defuturam mihi constantiam: si ita fides du-
xerit secundum matrem tuam pronuntiandi. Ut uoles ait,
Voles enim quod æquissimum. Adhibui ī consilium duos:
quos tūc ciuitas nostra spectatissimos habuit Corelium &
Frōtinū. his circūdatus in cubiculo meo sedi. Dixit Curia-
nus quæ p se putabat. Respondi paucis ego. Nec enī aderat
alius qui defunctæ pudorem tueretur. Deinde secessi & cō-
siliū sententia: Videtur inquam Curiane mater tua multas
habuisse causas irascendi tibi. Post hoc ille: cum cæteris sub-
scripsit centumuirale iudicium mecum nō subscripsit: Ap-
petebat iudicii dies. Cohæredes mei componere & trāfigere
cupiebat non diffidentia causæ sed metu temporum. Vere-
bātur qđ uidebāt multis accidisse: ne ex centūuirali iudicio
capitis rei exirent. Et erant quidam in illis quibus obtici &
gratille amicitia & rustici possent. Rogant ut cū Curiano lo-
quar. Conuenimus in ædem concordia. Ibi ego si mater in-
quam te ex parte quarta scripsisset hæredem: non queri pos-
ses. Quid si hæredem quidem instituisset exasse, sed legatis
ita exhaustisset ut nō amplius apđ te quā quarta remaneret.
Igitur sufficere tibi debet si exhæredatus a matre quartam
partem ab hæredibus eius accipias: quā tamen ego augebo.
scis te nō subscripsisse mecum & biennium transisse: oīaq;
ufucepisse. Sed ut te cohæredes mei tractabiliorē experian-
tur: utq; tibi nihil abstulerit reuerētia mei, offero p mea par-
te tātundē. Tuli fructū nō cōsciētia modo uerū etiā famæ.
Ille ergo curianus legatū mihi reliq; & factū meū nisi forte

blandior mihi antiquorum notabili more signavit. Hæc tibi scripsi: quia de omnibus quæ me delectant: uel angunt: non aliter tecum quam mecum loqui soleo. Deinde quod durū existimabā te amantissimum mei fraudare uoluptate: quā ipse capiebā. Nec enim sum tā sapiēs quod nihil mea iter sit an iis quæ honeste fecisse me credo testificatio quædā & quæsi præmium accedat. Vale.

C. Plinius Flacco suo salutem dicit.

Cæpi pulcherrimos turdos: cum quibus parem calculū ponere nec urbis copiis ex Laurentino: nec maris tam turbidis tēpestatibus possum. recipies ergo epistolas steriles & simpliciter ingratas: ac ne illā quæ solertiā Diomedis in permutādo munere imitantis. Sed: quæ facilitas tua: hoc magis dabis ueniā quod se nō mereri fatētur. Vale.

C. Plinius Aristoni suo salutem.

Uim plurima officia tua mihi grata & iucūda sunt: tū uel maxime quod me celādū nō putasti fuisse apud te de uersutis meis multū copiosūq; sermonē: eūq; diuersitate iudiciorū longius processisse. extitisse etiā quosdam qui scripta quidem ipsa nō improbatēt: me tamen amice simpliciterq; rephenderent: q; hoc scriberē recitarēq;. Quibus ego ut augeam meam culpā ita respōdeo. facio nōnūq; uerliculos seueros parū. facio & comœdias. audio & specto mimos. & Lyricos lego & Satyricos itelligo aliquando præterea rideo. iocor. ludo. utq; omnia innoxia remissionis genera breuiter amplectar: homo sum. Nec uero moleste fero hāc esse de moribus meis existimationem. Ut qui nesciunt talia doctissimos grauissimos sanctissimos homines scriptitasse me scribere mirent. Ab illis autem quibus notum est quos quantosq; auctores sequar facile impetrari posse cōfido: ut errare me sed cum illis sinant: quorum nō seria modo uerū iulus etiam exprimere laudibile est. An ego uerear: neminē uiuentium ne quam in speciem adulationis icidā nomiabo.

Sed ego verear ne me non satis deceat quod decuit. M. Tulium: C. Caluum: Asinium Pollionem. M. Messallam. Qu. Hortensium. M. Brutum: L. Syllam. Qu. Catulum. Qu. Scæuolam Ser. Sulpicium Varronem Torquatū immo torquatos C. Memmium Lentulum. Getulicum: Annæū Senecam & proxime Virginium Ruffum: & si non sufficiunt exēpla priuata. Diuum Iulium Diuum Augustum Diuum Neruā T. Cæsarem, Neronem enim transeo: quamuis sciam non corrumpi ī deterius quæ etiā a malis aliquādo sed honesta manere quæ sæpius bonis fiunt: inter quos uel ꝑcipue numerandus est P. Virgilius: Cornelius nepos: & prius Ennius Actiusq;: Non quidem hi senatores: sed sanctitas morū non distat ordinibus: Recito tamen quod illi an fecerint nescio etiam: sed illi iudicio suo poterant esse contenti: mihi modestior constantia est: quam ut satis absolutum putem quod a me probetur. Itaq; has recitandi causas sequor. Primum qꝫ ipse qui recitat aliquando acrius scriptis suis auditorꝝ reuerentiam intendit. Deinde qꝫ de quibus dubitat quasi ex cōsiliū sentētia statuit. Multa etiam a multis admonetur & si nō admoneat quid quisq; sentiat ꝑspicit ex uultu oculis: nutu: manu: murmure: silentio. quæ satis apertis notis iudicium ab humanitate discernunt. Atq; adeo si cui forte eorum qꝫ interfuerunt curæ fuerit eadē illa legere: intelliget me quædam aut cōmutasse aut præterisse fortasse etiam ex suo iudicio quamuis ipse nihil dixerit mihi. Atq; ita hoc disputo quasi populum in auditorium nō in cubiculū amicos aduocarim: Quos plures habere multis gloriosū: repræhensiōi nemini fuit. Vale.

C. Plinius Valeriano suo salutem.

Es parua sed initium non paruum. Vir prætorius solers a senatu petit ut sibi instituere in agris suis nundinas ꝑmitteretur. Cōtradixerunt Vicentinorꝝ legati. affuit Tuscillus nominatus, dilata causa est alio senatu.

Vicentini sine aduocato intrauerunt. dixerunt se deceptos lapsi ne uerbo: An quia ita sentiebant. Interrogati a nepote prætoris quæ docuissent responderunt: quod prius interrogati: an tunc gratis affuissent responderunt Sex milibus nummum: an rursus aliquid dedissent. dixerunt mille denarios. Nepos postulauit ut nominatus induceretur. hæctenus illo die. Sed quantum auguror longius res procedet. Nam pleraque tacita tantum & omnino commota latissime serpunt. Erexī aures tuas quādiu nunc oportet quam blande roges ut reliquæ cognoscas: si tamen non ante ob hæc ipsa ueneris Romanæ spectatorque malueris esse quam lector. Vale.

C. Plinius Maximo suo Salutem.

Vnciatur mihi C. Fanium decessisse: qui nuncius graui me dolore cōfudit. primum quia amaui hominem elegantē & disertū: deinde quod iudicio eius uti solebā. Erat enim natura acutus. Vsu exercitatus. uarietate promptissimus. Angit me super ista casus ipsius. decessit ueteri testamento. misit quos maxime diligebat: prosecutus ē quibus offensior erat. Sed hoc ut cunq; tolerabile: grauius illud quod pulcherrimum opus imperfectum reliquit quæ enim agendis causis distringeretur: scribebat tamen exitus occisorum aut relegatorum a Nerone: & iam tres libros absoluerat. subtiles. & diligentis & Latinos. atq; inter sermonē historiamq; medios. Ac tanto magis reliquos perficere cupiebat: quāto frequentius hi lectitabantur. Mihi autē uidef acerba semper & immatura mors eorum qui immortale aliquid parant: Nam qui uoluptatibus dediti quasi in diem uiuunt uiuendi causas quotidie finiunt. Qui uero posteros cogitant & memoriā sui operibus extendūt: his nulla mors non repentina est: ut quæ semper incohatum aliquid abrūpat. C. quidem Fanius quod accidit multo ante præsensit. Visus est sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo compositus in habitu studentis: habere ante se scrinium ita

ut solebat. Mox imaginatus uenisse Neronem in thoro rese-
disse. p̄mplisse librū primū quē de sceleribus eius ediderat:
eumq; ad extremum reuoluisse. idem in secundo ac tertio
fecisse. tunc abisse. expauit. & sic interpretatus est tanquam
idem sibi futurus esset scribēdi finis: q̄ fuisset illi legendi: &
fuit idem. Quod me recordantē miseratio subit quantum
uigiliarum quantum laboris exhauserit frustra. occurant
animo mea mortalitas: mea scripta. Nec dubito te quoq; ea
dē cogitatione terreri pro istis quæ inter manus habes. Pro-
inde dū suppetit uita: enitatur ut mors quam paucissima
quæ abolere possit inueniat. Vale.

C. Plinius Apollinari suo salutem.

Mai curam & sollicitudinem tuā: q̄ cū audisses me
æstate Thuscōs meos petirū: ne facerē suauisti: dū
putas insalubris. & sane grauis & pestilēs ora Thu-
scōz quæ p̄ littus extēdit. Sed hi p̄cul a mari recesserūt: qn̄
etiā Apēnino saluberrimo mōtiū subiacēt. Atque adeo ut
oēm p̄ me metū pōas: accipe tēperiē cæli: regiōis sitū. uillæ
amœnitatē: q̄ & tibi auditu & mihi relatu iocūda erūt. Cæ-
lū ē hyeme frigidū & gelidū. myrtos oleas q̄q; alia æstiuo tē-
pore lætanf aspernat & respuit. Lauḡ tamē patif atq; etiā
nitidissimā profert iterdū: sed nō sæpius q̄ sub urbe nostra
necat. Aestatis mira clāmētia. semper aer spiritu aliquo mo-
uef: frequētius tamē auras q̄ uētos habet: hinc senes multos
uideas. auos proauosq;. Iā iuuenum audis fabulas ueteres
fermōesq; maiorū. Cū ueneris illo putes te alio sæculo natū:
Regionis forma pulcherrima. imaginare Amphitheatz ali-
quod imēsum & q̄le' sola rez natura possit effingere. Lata
& diffusa planities mōribus cīgīf. Montes summa sui parte
p̄cera nemora & antiq̄ habēt. frequēs ibi & uaria uenatio.
Inde crebræ siluæ cū mōte ipso descendūt: has iter pingues
terreniq; colles: (neq; enī facile ulquā saxū: etiam si quæraf:
occurrit:) planissimis cāpis fertilitate nō cedūt: opimamq;

messem serius tantū sed nō minus pcoquit. Sub his p latus
omne uineæ porriguntur. Vnamq; faciem lōge lateq; conte
xunt. Quæ a fine imoq; q̄si margine arbuſta naſcūt. prata
inde campi. Cāpi quos nō niſi īgentes boues & fortiffima
aratra perfringunt: tātis glebis tenaciſſimū lolū cū pſecat:
aſſurgit ut demū nono ſulco perdomeſ. Prata florida & gē
mea trifoliū aliaſq; herbas teneras ſempq; molles & q̄ſi no
uas alūt: Cūcta enī perennibus riuis nutriunt. Sed ibi aquæ
plurimū: palus nulla q̄a deuexa terra qcqd liquoris accipit
nec abſorbuit effundit ī Tyberī. Medios ille agros ſecat na
uiū patiēs: oīſq; fruges deuēhit ī urbē hyeme dūtaxat & Ve
re. æſtate ſummittit ī menſiq; fluminis nomē arēti alueo de
ferit: Autūno reaſſumit. Magnā capies uoluptatē ſi hunc re
gionis ſitū ex monte proſpexeris: Neq; enim terras tibi ſed
formā aliquam ad eximiā pulchritudinē pictā uideberis cer
nere: ea uarietate ea deſcriptiōe quocūq; īciderint oculi reſi
ciunt. Villa ī colle imo ſita proſpicit quaſi ex ſūmo: ita leui
ter & ſenſim cliuo fallēte cōſurgit: ut cū aſcēdere te nō pu
tes: ſentias aſcendiſſe. A tergo Apenninū ſed longius habet.
Accipit ab hoc auras. q̄libet ſereno & placido die nō tamen
acres & imodicas ſed ſpatio ipſo laſſas & īfrac̄tas. magna ſui
pte meridiē ſpectat: æſtiuūq; ſolē ab hora ſexta: hybernū ali
quāto maturius: quaſi iuitat ī porticū latā & pro modo lon
gam: Multa ī hac mēbra. atriū etiā ex more uetere. ante por
ticū xyſtus cōciſus ī plurimas ſpecies diſtinctusq; buxo: de
miſſus inde pronuſq; puluinus cui beſtiarum effigies iuicē
aduerſas buxus inſcripſit. Acanthus in plano mollis & pene
dixerim liquidus. ambit hunc ambulatio preſſis uarieque
tonſis uiridibus incluſa: ab his geſtatio ī modum circi quæ
buxum multiformem humiliſq; & retentas manu arbuſcu
las circuit. omnia maceria muniuntur. hanc gradata buxus
operit & ſubtrahit: Pratum inde non minus natura quam
ſuperiora illa arte uiſendum. Cāpi deinde. porro multaque

alia prata & arbuſta. A capite porticus Triclinium excurrit
ualuis Xyſtum deſinentē & protinus pratum multūq; ruris
uidet fenestris. hac latus Xyſti & quod profilit uillæ ac adia
centis hippodromi nemus comasq; pſpectat. Cōtra mediā
fere porticū zeta parū recedit; cingit areolam quæ quatuor
platanis inumbratur; Inter has marmoreo labro aq̄ exūdat;
circūiectasq; platanos & ſubiecta platanis leni aſpergine fo
uet. Eſt ī hac Zeta dormitoriū cubiculū quod die clamorē
ſonum excludit; iūctaq; quotidiana amicorū cœnatio. Areo
lā illā porticus alia eadēq; omnia quæ porticus aſpicit. eſt &
aliud cubiculū a p̄xima platano uiride & umbroſum mar
more excultū podio tenus; nec cedit gratiæ marmoris ra
mos īfidētesq; ramis aues imitata pictura fonticulus. In hoc
fonte crater; circa ſiphōculi plures miſcēt iucūdiſſimū mur
mur. ī cornu porticus ampliffimū cubiculum Triclinio oc
currit; Aliis fenestris Xyſtū. aliis deſpicit pratum: Sed ante
piſcinam quæ fenestris ſeruit ac ſubiacet. ſtrepitu uiſuque
iucunda; Nam ex edito deſiliens aqua ſuſcepta marmore al
beſcit. Idem cubiculum hieme tepidiſſimū qa plurimo ſole
perfundit; Coheret hypocauston; & ſi dies nubilus immiſſo
uapore ſolis uicem ſupplet. Inde apodyteriū Balnei laxū &
hilare excipit cella frigidaria ī q̄ baptiſteriū amplū atq; opa
cū. Si natate latius aut tepidius uelis ī area piſcina ē. ī proxi
mo puteus ex quo poſſis rurius aſtrigi ſi pœniteat teporis;
frigidariæ cellæ connectitur media cui ſol benigniſſimæ ē
præſto. caldariæ magis. prominent enim ī hac tres diſceſſio
nes duæ ī ſole; tertia a ſole lōgius; a luce nō lōgius; apodyte
rio ſuppoſitū ē Sphæriſteriū quod plura genera exercitatio
nis; plurifq; circulos capit nec procul a balneo ſcalæ quæ in
cryptoporticū ferūt; prius ad dietas tris. hæg alia areolæ illi
ī qua platani quatuor; alia prato; alia uineis iminet diuerſis.
diuerſasq; cæli partes ut proſpectus habet. in ſumma crypto
porticu cubiculum ex ipſa cryptoporticu exciſum qđ hip

podromum uineas mōtes intuetur. lūgitur cubiculū obuſū
ſoli maxime hyberno. hinc oritur Zeta: quæ uillæ hipodro
mum adneſcit. hæc facies. hic uſus a fronte a latere. æſtiua
cryptoporticus i edito poſita quæ nō aſpicere uineas ſed tā
gere uidetur. In media Triclinium ſaluberrimum afflatū ex
apeninis uallibus accipit. Poſt latiffimis fenestris uineas ual
uis æque uineas ſed per cryptoporticum quaſi admittit. a la
tere Triclinii quod fenestris caret: ſcalæ cōuiuio utilia ſecre
tiore ābitu ſuggerūt. In fine cubiculū cui nō minus iucūdū
proſpectū cryptoporticus ipā quā uineæ præbēt. Subeſt cry
oporticus ſubterraneæ ſimilis: æſtate: icluſo frigore riger:
cōtētaq; aere ſuo nec deſiderat auras nec admittit: poſt utrā
que cryptoporticū unde tricliniū deſinit: icipit porticus āte
mediū diē hyberna: iclinato diē æſtiua. hac adeūtur diætæ
duæ: q̄rum i altera cubacula quatuor: altera ttia ut circuit
ſol aut ſole utuntur aut ūbra. Hæc diſpoſitionē amœnitatē
q; rectorū lōge p̄cedit hipodromus. medius pateſcit. ſtaticq;
intranſium oculis totus offerit. platanis circuiſ. Illæ hedera
ueſtiuntur: utq; ſummæ ſuis: ita imæ alienis frōdibus uirēt.
Hedera truncū & ramos pererrat: uicinalq; platanos trāſitu
ſuo copulat. has buxus. iteriacet. Exteriores buxos circūue
nit Laurus: Vmbræq; platanorū ſuā cōfert. Rectus hic hip
podromi limes: i extrema parte hemicyclo frangiſ: mutatq;
faciē. Cupreſſis ambitur & tegitur denſiore umbra opacior
nigriorq; interioribus circulis: ſunt enim plures: puriſſimū
diem recipit: Inde roſas effert: umbrarūq; frigus nō ingrato
ſole diſtinguit. Finito uario illo multipliciq; curuamine re
cto limite reddiſ ne huic uni. Nā uix plures intercedētibus
buxis diuidunt: alibi pratulū: alibi ipla buxus interuenit in
formas mille deſcripta: litteris iterdū quæ mō nomē domi
ni dicūt: modo artificis: alternis metulæ ſurgūt: alternis iſer
ta ſē poma & i ope urbaniffimo ſubita uelut i lati ruris imi
tatio mediū i ſpaciū breuioribus utrinq; platanis adornaſ.

Post has acanthus hinc inde lubricus & flexuosus, deinde plu-
res figuræ pluraq; nomina. in capite stibadiū cādido marmo-
re uite protegī: Vitem quatuor columnellæ carystia sub-
eunt: Est stibadio aq̄ uelut expressa cubantiū pōdere siphon-
culis effluit, cauato lapide suscipit, gracili marmore cōtine-
tur: atq; ita occulte tēperat ut impleat nec redūdet. Gusta-
toriū grauiorq; cōnatio margini iponit: leuior nauicularū
& auiū figuris innatās circuit, cōtra fons egerit aquā & reci-
pit: nā expulsa in altū in se cadit iunctisq; hiatibus & absorbet
& tollit: e regione stibadii aduersū cubiculū tantū stibadio
reddit ornatus: quātū accipit ab illo, a marmore splēdet ual-
uis: uiridia p̄minet textit alia uiridia superioribus atq; inferio-
ribus fenestris suspicit despicitq;: Mox zetecula refugit q̄si
in cubiculū idē atq; aliud: lectulus hīc: & undiq; fenestræ &
tamē lumē obscurū umbra p̄mēte: Nam lætissima uitis per
omne tectū in culmē nitit & ascēdit, Nō secus ibi q̄ in nemore
iaceas: imbrē tātū tanq̄ in nemore nō sentias, hic quoq; fons
nascit: simulq; subducit: Sunt locis pluribus disposita sedi-
lia e marmore: quæ ambulatiōe fessos ut cubiculū ipm iu-
uant, fonticuli sedibus adiacent p̄ totū hippodromū indu-
ctis phystulis: strepūt riui: & q̄ manus duxit sequūt: his nūc
illa uiridia nūc hæc iterdū simul omnia lauant: uitassem iā
dudū ne uiderer argutior nisi p̄posuissem oēs angulos tecū
epistola circūire, Neq; enim uerebar ne laboriosum esset ti-
bi legenti quod absenti non fuisset: præsertim cum iterge-
scere si liberet depositaq; epistola quasi residere sæpius pos-
ses: præterea idulsi amorī meo: amo enī quæ maxima ex pte
ipse incohauit aut icohata percolui. In summa cur nō aperiā
tibi uel iudicium uel errorem? Primum ego officium scrip-
toris existimo ut titulum suum legat: & identidem interro-
get se quid cōeperit scribere: sciatque si materiæ immoratur
non esse longum: longissimum si aliquid accersit atq; attra-
hit, Vides quot uersibus Hōerus: quot Virgilius arma: hic

æneæ: Achillis ille describat: brevis tamen uterque est: quia facit quod instituit. Vides ut aratus minutissima etiã sydera cõflectetur & colligat: modum tamen seruat. Non enim excursus hic eius sed opus ipsum est. Similiter nos ut parua magnis: cum totam uillam oculis tuis subiicere conamur si nihil iductũ & quasi deuiũ loqmur: nõ epistola quæ describit sed uilla quæ describit magna est. Verũ illuc unde cõpene secundũ legẽ meam iure repræhendat si longior fuero in hoc in quo excessi, habes causas cur ego Tuscos meos Tusculanis Tyburtinis Prænestinisq; meis præponã. Nã super illa quæ retuli altius ibi otium & pinguius eoque securius, nulla necessitas togæ, nemo accersitor ex proximo, placida omnia & quiescentia: quod salubritate regiõis ut purius cælũ ut aer liqdiõ accedit, ibi animo: ibi corpe maxie ualeo: Nam studiis animum: uenatu corpus exerceo: mei quoque nusquam salubrius degunt: usq; adhuc certe neminẽ ex his quos eduxeram mecum: uenia sit dicto: ibi amisi: dii modo in posterum hoc mihi gaudiũ: hãc gloriã loco seruẽt. Vale.

C. Plinius Caluisio suo Salutem.

Ec hæredem institui nec præcipere posse rem pu. cõstat. Saturninus autem qui nos reliq; hæredes quadrantem rei pu. nostræ: deide quadrantẽ præceptionẽ quadringentorũ milium dedit: hoc si ius aspicias: irritũ: si defuncti uoluntatem ratũ & firmum est. Mihi aut defuncti uoluntas uereor quã in partem Iuriscõs. quod sim dicturus accipiant: Antiquior iure est utiq; in eo quod ad cõmunem patriã uoluit peruenire. an cui de meo his adiciẽs cõtuli huic, cccc. miliũ paulo amplius tertiã partẽ ex aduẽtitio denegem: scio te quoq; a iudicio meo non abhorrere: cum eandẽ rẽ pub. ut ciuis optimus diligas. Velim ergo cũ pxi me decuriões cõtrahent qd sit iuris dicas, parce tamẽ & modeste: deide subiũgas nos, cccc. miliũ sicut pcepit saturninus illius hoc munus: illius liberalitatis tamẽ obsequiũ uocẽ:

hæc ego scribere publice supersedi: primū quod meminera
pro necessitudine amicitiaē tuæ & debere te & posse p̄inde
meis ac tuis partibus fungi: deinde quia uerebar ne modū
tibi quem in sermone custodire facile est tenuisse ī epistola
nō uiderer: Nā sermonē uultus gestus: uox ipsa moderatur:
epistola omnibus cōmendationibus destituta malignitatē
interpretantium exponit. Vale.

C. Plinius Capitoni suo Salutem.

Vades ut historiā scribam: & suades nō solus: multi
me hoc sæpe monuerūt: & ego uolo nō q̄a cōmode
facturū esse cōfido: id enī temere credas nisi exptus:
Sed q̄a mihi pulchrū ī primis uideē nō pati occidere q̄bus
æternitas debeat: aliorūq̄ famam cum sua extēdere. Me
aut nihil æque ac diuturnitatis amoris cupido sollicitat res
homīe dignissimæ p̄sertim q̄ nullius sibi cōsciū culpæ po-
steritatis memoriā nō reformidet: Itaq̄ diebus ac noctibus
cogito: si q̄ me quoq̄ possim tollere humo. Id. n. uoto meo
sufficit: illud supra uotū: uictorq̄ uirū uolitare p̄ ora: q̄q̄. o.
Sed satis ē qd̄ p̄pe sola historia polliceri uideē: oratiōi enī &
carmini p̄ua gratia nisi eloquētia ē summa. historia quoquo
modo scripta delectat: Sunt enī hoīes natura curiosi. & qua
libet nuda rez cognitiōe capiūt: ut q̄ sermōculis etiā fabel-
lisq̄ ducāt: me uero ad hoc studiū īpellit domesticū exēplū:
Auunculus meus idemq̄ p̄ adoptionē pater historias & qui
dē religiosissime scripsit. Inuenio aut apud sapiētis honestis-
simū esse maiorē uestigia seq̄: si modo recto itinere p̄cesse-
rint. Cur enī cū tot egi magnas & graues causas has etiam si
mihi tenuis ex his spes destino retractare ne tātus ille labor
meus nisi hoc quod reliquum est studii addidero mecū pa-
riter ītercidat. Nam si rationem posteritatis habeas quicqd̄
non est peractum P. ro. non inchoatum: dices potes simul &
rescribere actiones & cōponere historiā. Vtinā. Sed utrunq̄
tam magnum est ut abunde sit alterum efficere. Vnde uī

cesimo ætatis anno dicere i foro cœpi; & nunc demũ quid præstare debeat orator adhuc tamen p̄ caliginẽ uideo: qđ si huic oneri nouũ accesserit. hêt qđe oratio & historia multa cõmunia: sed plura diuersa i his ipsis quæ coĩa uident. Narrat illa. narrat hæc. sed aliter. huic pleraq; humilia & sordida & ex medio petita. illi oĩa recondita: splendida: excelsa cõueniunt. hanc sæpius ossa: musculi: nerui: illã tori quidã & q̄si tubæ decēt. Hæc uel maxime ui: amaritudine: instantia: illa tractu & suauitate atq; etiã dulcedine placet. Postremo alia uerba: alius sonus: alia constructio: Nã plurimum refert ut thucydides ait: itema sint an agonisma quoq; alterũ oratio rerum historia: & ex his causis non abducor ut duo dissimilia & hoc ipso diuersa q̄ maxima confundam misceamq;: ne tãta q̄si colluuiõẽ turbatus ibi faciã qđ hic debeo quæ iterũ ueniet ne a forẽsibus uerbis recedã aduocandi peto. Tu tamen iam nũc cogita quæ potissimũ tempora aggrediamur. Vetera & scripta aliis parata inquisitio: sed onerosa collatio. intacta & noua graues offensæ: leuis gratia. hæc p̄terea q̄ in tantis uitiis hominũ plura culpãda sunt q̄ laudãda. tũ si laudaueris parcus: si culpaueris nimius fuisse dicaris. hæc autẽ me nõ tardãt: est enĩ mihi p̄ fide satis animi. illud peto præstruas ad quod hortaris eligasq; materiã ne mihi tã scribere pato alia rursus cũctatiõis & moræ iusta ratio nascat. Vale.

C. Plinius Saturnino suo Salutem.

Arie me adfecerũt litteræ tuæ: nã partim læta partim tristia continebant. Læta q̄ te in urbe teneri nũciabant: nollẽ inquis: sed ego uolo. præterea qđ recitaturũ statim ut uẽissem pollicebãt. Ago gratias qđ expector: Triste illud quod Iulius ualens grauius iacet. quãquam ne hoc quidem triste: si Iulius utilitatibus æstimetur q̄ maturissime inexplicabili morbo liberari. Illud plane non triste solum uerum etiam luctuosum: qđ Iulius auitus decessit: dum ex quæstura redit. decessit in nauem procul a fratre amantissimo. procul a matre: a sororibus. nihil ista ad

mortuum pertinent: sed pertinuerūt cū morereē. pertinent
ad hos qui supersunt. iā q̄ in flore primo tantæ indolis iuue
nis extinctus est summa cōsecuturus si uirtutes eius matu
ruissent: q̄ ille studioꝝ amore flagrabat: quantū legit: q̄tū
etiā scripsit: quæ nūc omnia cū ip̄o sine fructu posteritatis
aruerunt: Sed qd̄ ego idulgeo dolori cui si frænos remittas
nulla materia non maxima est. finem epistolæ faciam: ut fa
cere possim etiā lachrymis quas expressit epistola. Vale.

C. Plinius Antonino suo Salutem.

Vm uersus tuos æmulor: tū maxime q̄ sint boni ex
perior: Vt enī pictores pulchrā absolutāq; faciē raro
nisi ī peius effingūt: ita ego ab hoc archetypo laboro
& decido. Quo magis hortor ut q̄ plurima p̄feras: quæ imi
tari oēs cōcupiscant: nemo aut paucissimi possint. Vale.

C. Plinius Tranquillo suo Salutem.

Ibera tandē hendecasyllaborꝝ meorꝝ fidē: q̄ scripta
tua coībus aīcis spopōderūt: appellāf̄ quotidie & fla
gitāf̄: ac iā piculū ē ne cogāf̄ ad exhibēdū formulam
accipe. lūme ip̄e ī edēdo hæsita tortuosa tamen: meā quoq;
cūctationē tarditatēq; uicisti. Proīde aut rūpe moras: aut ca
ue ne eosdē istos libellos quos tibi hēdecasyllabi nostri blā
ditiis elicere nō possunt: cū uitiosius schazontes extorquet
perfectū opus absolutūq; est: nec iā splendescit lima: sed atte
ritur. patere me uidere titulū tuum. patere audire describi.
legi. uenire uolumina tranquilli: mei: æquū est nos in amo
re tam mutuo eandem percipere ex te uoluptatem: qua tu
perfrueris ex nobis. Vale.

C. Plinius Fabato profocero suo salutem.

Ccepi litteras tuas ex q̄bus cognoui speciosissimā te
porticū sub tuo filiiq; tui nomine dedicasse: sequēti
die ī portag; ornatū pecuniā p̄misisse: ut initiū libe
ralitatis esset cōsumatio prioris. gaudeo primum tua gloria
cuius ad me pars aliq̄ p̄ necessitudine redūdat. Deīde q̄ me
moriam Soceri mei pulcherrimis operibus uideo proferri.

Postremo q̄ patria nostra floreat: quā mihi a quocūq; ex-
coli iucundū: a te uero lætissimū est. Quod supest deos pre-
cor: ut animū istū tibi: animo isti tēpus q̄lōgissimū tribuāt.
Nam liquet mihi futurum: ut peractō quod maxime p̄mi-
sisti inchoes aliud: Nescit enī semel icitata liberalitas stare:
cuius pulchritudinē usus ipse cōmendat. Vale.

C. Plinius Scauro suo salutem.

Excitaturus oratiūculā quā publicare cogito: aduoca-
ui aliquos ut uererer paucos: ut ueḡ audirē. Nā hic
duplex ratio recitādi. Vna ut sollicitudine icēdar: al-
tera ut admonear si qd forte me ut meū fallit: tuli qd̄ pete-
bā iueni qui mihi copiā cōsiliū sui facerent. Ipse p̄terea quæ-
dā emédāda annorauī: emédauī librū quē misi tibi: materiā
ex titulo cognosces: cætera liber explicabit: quē iā nūc oportet
ita cōsueicere ut sine præfatione intelligat. Tu uelim qd̄
de uniuerso quid de partibus sentias scribas mihi. Ero enī
uel cautior in continendo uel constantior in edendo si huc
uel illuc auctoritas tua accesserit. Vale.

C. Plinius Valeriano suo salutem.

Tu tu rogas & ego promisi si rogasses scripturū me
tibi: quē habuisset euētū postulatio nepotis circa tu-
sciliū nominatū. iductus ē noiatus: egit ipse p̄ se nul-
lo accusāte: etenī legati Vicētinoꝝ nōmodo nō p̄sserūt eū:
ueḡ etiā subleuauerūt: summa defensionis. nō fidē sibi ī ad-
uocatione sed cōstantiā defuisse: descendisse ut actūꝝ: atq;
etiā ī curia uisū. deīde sermōibus amicōꝝ recessisse: monitū
enī ne desiderio Senatoris nimiā quasi de nūdinis sed q̄si de
gratia: fama: dignitate certātis tā p̄tinaciter p̄sertim ī Senatu
repugnaret. alioquin maiorē inuidiā proxime passurus erat.
Iane prius tamē paucis adclamatū exeuntis subiunxit p̄ces
multūq; lachrymāꝝ: quinetiam tota actiōe homo ī dicēdo
exercitatus opam dedit: ut de p̄cari magis (id enī & fauora-
bilis & tutius): q̄ defendi uideret. Absolutus est sententia

designati consulis afrani dextri cuius hæc sūma melius qdē
noīatū fuisse facturæ: si causā Vicētinorū eodē aīo quo iulce
perat ptulisset: qā tamē i hoc genus culpæ nō fraude icidif-
set. nihilq; dignū animaduersione admisisse cōvinceret libe-
radū: ita tamē ut Vicētinis qd̄ accepit redderet. asīenserūt
oēs p̄ter Luciniū. Is interdicēdū ei aduocationē i qnquēniū
cēsuit: & q̄uis neminē auctoritate traxisset cōstāter i sētētia
māsit: q̄netiā dextrū q̄ primus diuersum censuerat plata le-
ge de senatu habēdo iurare coegit eripuisse qd̄ cēsuisset: cui
q̄q̄ legitime postulatiōi a q̄busdā reclamatū est: exprobrare
enī sentētiā dicerent: Nigrinus tribunus plebis recitauit li-
bellū diserrū & grauē quo questus ē uenire aduocariōes. Ve-
nire etiā p̄uaricatiōes: i lites coiri & gloriæ loco poni ex spo-
liis ciuiū magnos & statutos redditus: recitauit capita legū:
admonuit senatuscōsultorū: i fine dixit petendū ab optimo
principe ut qā leges qā senatuscōsulta cōtēnerent ipse tantis
mederet. pauci dies & liber p̄ncipis seuerus & tamē mode-
ratus. leges ip̄m: ē i publicis actis: q̄ me iuuat q̄ i causis agen-
dis nō mō p̄actione: dono: munere: ueq; etiā Xenis semp ab-
stinui. oportet qdē quæ sunt ihonesta nō q̄si illicita sed q̄si
iubēda uitare: iucundū tamē si prohiberi publice uideas qd̄
nunq̄ tibi ipse p̄miseris: erit fortasse imo nō dubie huius p̄-
positi mei & minor laus & obscurior fama: cū omnes ex ne-
cessitate facient quod ego sponte faciebam. iterim fruor uo-
luptate: cum alii diuinum me: alii meis rapinis: meæ auari-
tiæ occursum: per ludum acceptum dictitant. Vale.

C. Plinius Pontio suo salutem.

Ecesseram in municipium: cum mihi nunciatū est
Cornutum tertullum accepisse æmyliæ uix curam.
Exprimere nō possum: quanto sim gaudio affectus:
& ipsius & meo noīe: ipsius q̄ scilicet sicut ē ab omni ambi-
tione lōge remotus. debet tamen ei iucūdu honor eē ultro
datus: Meo q̄ aliquanto magis me delectat mandatum

mihī officium postquā par cornuto datū uideo : neq; enim augeri dignitatē q̄ æquari bonis gratius: Cornuto autē qd̄ melius: quid sanctius: quid ī omni genere laudis ad exēplar antiquitatis expressius: quod mihī cognitum est non fama: qua aliogn̄ optima & meritissima fruit: sed longis magnisq; experimētis: una diligimus: una dileximus omnes fere quos ætas nostra ī utroq; sexu æmulādos tulit: quæ societas amicitiarum arctissima nos: familiaritate coniunxit. Accessit uiculum necessitudinis publicæ. Idem enim mihī ut scis collega quali uoto petitus in præfectura ærarii fuit & ī cōsultatu. tū ego qui uir & quātus esset altissime īspexi: cū sequerer ut magistrū: ut parētem uererer: quod nō tā ætatis maturitate q̄ uitæ merebatur: his ex caulis ut illi sic mihī gratulor: nec priuatim magis q̄ publice: tandem homines nō ad pericula ut prius uerum ad honores uirtute perueniunt. In infinitū epistolā extendā: si gaudio meo idulgeā. præuertā ad ea quæ me agentē hic nuncius depræhēdit. Erā cū profocero meo. erā cū amita uxoris. Erā cū amicis diu desideratis: circūibā agellos. audiebā multū querelæ rusticæ. rationes legebā inuitus & causis: malis enī chartis sum litteris iniciatus cœperā etiam itineri me præparare: nam includor angustiis cōmeatus: eoq; ipso q̄ delegatū Cornuto audio officiū mei ad moneor: cupio te quom̄ iud idē tēpus Cāpania tua remittat ne q̄s cū ī urbē rediero cōtubernio nostro dies peat. Vale.

C. Plinius Marcellino suo salutem.

Risitissimus hæc tibi scribo. Fūdani nostri filia mīor defuncta: qua puella nihil unquam festiuius: amabilius: nec mō lōgiore uita sed pene īmortalitate dignius uidi. nōdū annos. xiiii. expleuerat: & iā illi talis prudētia: matronalis grauitas erat. & tamē suauitas puellaris cū uirginali uerecūdia: ut illa patris ceruicibus ihærebat: ut nos amicos paternos & amāter & modeste cōplectabatur: ut nutrices: ut pædagogos: ut p̄ceptores p̄ suo quēq; officio diligebat:

quā studiose quā itelligēter lectitabat: Vt parce custoditeq;
ludebat: q̄ illa tēperātia q̄ etiā cōstātia nouissimā ualitudinē
tulit. medicis obsequebat: sororē primā adhortabat: ipsamq;
se destitutā corporis uiribus uigore animi sustinebat: dura-
uit hic illi usq; ad extremū: nec aut spatio ualitudis aut me-
tu mortis ifractus ē: quo pluris grauiorēsq; causas nobis re-
linqueret & desiderii & doloris. O triste plane acerbūq; fu-
nus morte ipsa mortis tēpus idignius. Iā destinata erat egre-
gio iuueni: Iā electus nuptiarū dies: Iā nos aduocati. Quod
gaudiū: quo moerore mutatū ē? Nō possū exprimere uerbis
quā aīo uulnus accepim: cū audiui fūdaniū ut multa luctuo-
sa dolore iuenit p̄cipientē qd̄ i uestes: margaritas: gēmas fue-
rat erogaturus: hoc i tura & i unguēta & odores ipēdere.
Est qd̄ ille eruditus & sapiēs: ut q se ab ineūte aetate altiori-
bus studiis altiusq; dediderit: sed nūc oīa quærit. sæpe quæ
dixit aspernat: expulsisq; uirtutibus & talis pietas ē cui igno-
sces: laudabis etiā si cogitaueris qd̄ amiserit: amisit enī filiā:
quæ nō mius formā oris eius q̄ os uultūq; referebat: totūq;
patrē mira similitudine exscripserat. Proinde si quas ad eū
de dolore litteras mittes: memento habere solatiū nō quasi
castigaturū & nimis forte: sed molle & humanū. Quod ut
facilius admittat multū fauet mediū tēporis spatiū. Vt n. cru-
dū adhuc uulnus medētū manus reformidat: Deīde patit̄
atq; ultro req̄rit: sic recēs animi dolor cōsolatiōes reiicit ac
refugit: mox desiderat & uehemēter admotis acq̄escit. Vale.

C. Plinius Spurinæ suo salutem.

Cio quātope bonis artibus faueas: quantū gaudii ca-
pias: si nobiles iuuenes dignū aliqd̄ maioribus suis
faciāt: quo festinātius nūcio tibi fuisse me hodie i au-
ditorio Calpurni Pisonis. Recitabat tacte pingmon eruditā
sane luculentāq; materiā. scriptæ legis erat. fluētibus teneris
& enodibus sublimibus etiā ut poscit loco alte enī & ua-
rie nūc atollebat: nūc residebat: excelsa depresso: exilia plenist

seueris iucūda mutabat: oīa īgenio pari: cōmēdabat hęc uo
ce suauissima: uoce uerecunda: multum sanguinis: multū so
licitudinis in ore: magna ornamenta recitantis. Etenī nescio
quo pacto magis ī studiis hoīes timor quam fiducia decet.
ne plura: quanq̄ libet plura quo sunt pulchriora de ui recita
tione finita multum ac diu exosculatus adolescentem: q̄ est
acerrimus stimulus monendi: laudibus incitauī pergeret q̄
coepisset: lumenq; quod sibi maiores sui prætulissent poste
ris p̄ferret. gratulatus sum optimæ matri gratulatus & fra
tri qui in auditorio illo non minorē pietatis gloriā quā ille
alter eloquētiae retulit. tam notabiliter pro fratre recitante
primum metus eius mox gaudium eminuit: Dii faciant ut
talīa tibi sæpius nunciem: faueo enī sæculo: ne sit sterile ef
fectum: mireq; cupio ne nobiles nostri nihil ī domibus suis
pulchrum nisi imagines habeant quæ nunc mihi hos adole
scentis tacite laudare adhortari: & quod amborum gloriæ
satis magnum est: id cognoscere uidentur. Vale.

C. Plinius Marco tuo Salutem.

Ene est mihi: quia tibi bene est. habes uxorem tecū:
habes filiū: frueris mari: fontibus: uiribus: agro: Vil
la amoenissima: neq; enī dubito esse amoenissimā in
qua se cōposuerat homo felicior ante quā foelicissimus fie
ret: Ego ī Tuscis & uenor & studeo: quæ iterdum simul fa
cio: nec tamē adhuc possum p̄nūciare utrum sit difficilijus
capere aliquid an scribere. Vale.

C. Plinius Paulino suo Salutem.

Ideo q̄ molliter tuos habeas: quo simplicius tibi cōfi
tebor qua idulgētia meos tractē. est mihi semp ī aīo
homeri cū illud & hoc nostrū pater
familiae. q; si essem natura asperior & durior frāgeret me ta
mē ifirmitas Liberti mei Zosimi: Cui tāto maior humani
tas exhibēda ē: q̄to nūc utilior humanitas ægrotāti: Est hō
p̄bus officiosus litteratus: & ars qdē eius & q̄si īscriptio co
h

moedus: i q̄ plurimū facit: Nā p̄nūciat acriter: sapiēter: apte:
decēter: Etiā utif Cithara perite ultra quā comcedo necesse
ē. Idē tā cōmode oratiōes & historias & carmīa legit; ut hoc
solū didicisse uideat. hęc tibi sedulo exposui: quo magis sci
res q̄ multa unus mihi & quā iucūda ministeria p̄staret. ac
cedit lōga iā caritas hoīs quā ipsa pericula auxerunt: Est enī
natura cōparatū: ut nihil æque amorē icitet & accēdat quā
carēdi metus: quē ego p̄ hoc nō semel patior: nā āte aliquot
annos: dū intente īstanterq; p̄nūciat: sanguinē reiecit: atq;
ob hoc in ægiptū missus a me: post longā peregrinationem
cōfirmatus redit nup: deinde dū p̄ continuos dies impatus
uoci ueteris īfirmitatis tussicula admonef. ausus sanguinē
reddit. Qua ex causa destinaui eū mittere ī prædia tua: quæ
foroiuli possides. audiui enī te sæpe referētē esse ibi aera sa
lubrē: & lac eiusmodi curationibus accōmodatissimū: rogo
ergo scribas tuis ut illi uilla ut illi domus pateat. offerāt etiā
sumptibus eius si quod opus erit: erit autem opus modico:
est enim parcus & continens: ut non solum delicias: uerum
etiam necessitates ualitudinis frugalitate restringat. ego p̄
ficiscenti tantum uiatici dabo quantū sufficit & eunti ī tua.

C. Plinius Vrsō suo Salutem.

Terum bithyni breue tēpus a Iulio Basso & Rufiū
Varenū quem proconsulem detulerunt Varenū:
quē aduersus Bassum & postularant & acceperant.
inducti in senatū inquisitionē postulauerūt. tū Varenus pe
tit: ut sibi quoq; defensionis causa uocare testes liceret: recu
santibus bithynis cognitio suscepta ē ei pro Varenō nō nisi
euentu. nam bene an male liber iudicabit. In actionibus enī
utramq; in partem fortuna dominatur. multum commen
dationis & detrahit & adfert memoria: uox: gestus: tempus
ipsum: postremo uel amorem uel odiū rei. liber offensionis.
liber gratia & liber secūdis: gratia casibus & aduersis caret:
& respōdit mihi Fōteius magnus unus ex bithynis pluribus

uerbis sanctissimis rebus est plerisque graecorum ut cito copia uolubilis tam longas tamque rigidas periodos uno spiritu quasi torrente contorquent. Itaque Iulius candidus non inueste solet dicere aliud esse eloquentiam aliud loquentiam, nam eloquentia uix uni aut alteri: iam non sumus Antonii: credamus nemini. haec uero quam Candidus loquentiam appellat multis atque etiam impudentissimo cuique maxime contigit. Postero die dixit pro Vareno homulus calide: acriter: culte. contra Nigrinus praese grauer: ornate: censuit acilius ruffus conf. designatus inquisitionem bithynis danda: postulationem Vareni silentio praeteriit. haec forma negandi fuit. Cornelius priscus actoribus quae petebat & reo tribuit uicique numero: impetrauimus rem negligenter compraesam: nec satis suis tantum iustam: tamen quare iustam non sum epistola executurus. ut desideres actionem: Nam si uerum est homericum illud *αὐτὸν ἴδοντα* a te prouidendum est mihi ne gratiam nouitatis & flore illud quae oratiunculam illam uel maxime commendant epistolae loquacitate praeteriam. Vale.

C. Plinius Ruffo suo Salutem.

Escenderam in basilicam Iuliam auditurus quibus proxima comperendinatione respondere debebam: se debant iudices decipi uenerant: obuersabant: aduocatis silentium longum: tandem a praetore nuncius dimittunt. C. n. eximie dies me gaudente: qui nunquam ita paratus sum: ut non morari ter causa dilationis nepos praetor qui legibus quaerit praeposuerat breue edictum: admonebat accusatores: admonebat reos: executus se quae senatusconsulto continerentur. suberat edicto senatusconsulti. hoc oes quisque negotium haberet iurare prius quam agere iubebant. nihil se ob aduocationem cuiquam dedisse: promississe: cauisse. his enim uerbis ac mille praeterea & uenire aduocatiois & emi uetabant. pecuniam dumtaxat decem milia dare: hoc facto nepotis commotus praetor qui centum uiribus praesidet deliberaturus an sequeretur exemplum inopinatum nobis otium dedit. iterum

rota ciuitate nepotis edictū carpiſſe: laudat: multi iuenimus
qui curua corrigeret. qd ante hūc prætoreſ non fuerunt: qſ
autem hic eſt qui emendet publicoſ mores. alii cōtra. rectiſ-
ſime fecit inituruſ magiſtratū. iura cognouit: ſenatuſ cōſ. le-
git: reprimiſ nouiſſimoſ pactioſ. rē pulcherrimā turpiſſi-
me uenire nō patiſ. taleſ ubiq; ſermones qui tamē alterutrā
in partē ex euentu præualebunt: ē omnino inimicū ſed uſu
receptū quod honeſta conſilia uel turpia prout male aut pſ
pere cedūt: ita uel procedunt uel repræhēdunt. Inde plerūq;
eadem facta modo libertatiſ modo furoriſ nomē accipiūt.

Liber Sextuſ Epistoſarum Pliniſ incipit.

C. Pliniuſ Tironi ſuo Salutem.

Vamdiu ego tranſpadum: tu in Piceno: minus te
requirebam. Poſtquam ego in urbe: tu adhuc in
piceno multo magiſ. Ex quo ipſa loca in quibuſ
eſſe una ſolemuſ acriuſ metuſ commouent: ſeu
qd̄ deſideriū abſentiū nihil p̄inde ac uicinitaſ acuit. Quoq;
propiuſ acceſſeriſ ad ſpem fruēdi: hoc impatientiuſ cupiaſ.
q̄cqd ī cauſa eripe me huic tormēto. Veni: aut ego illuc un-
de cōſulte p̄perauī reuertar uel ob hoc ſolū: ut expiar an mi-
hi cū ſine me romæ cōperis eē ſimileſ hiſ epistoſaſ mittaſ.

C. Pliniuſ Arriano ſuo Salutem.

Oleo nonnunquā in iudiciis quæreſ meū Regulū:
nolo enī dicere deſiderare: cur ergo quæro? habebat
ſtudiis honorē: timebat. pallebat. ſcribebat quamuiſ
nō poſſet ediſcere illud ipſum: quod oculum modo dextrū
modo ſiniſtrū circūlinebat dextrum ſi a petitore: alterū ſi a
poſſeſſore eſſet acturuſ qd̄ candidū ſpleniū in hoc aut illud
ſupciliū trāſſerebat: qd̄ ſemp haruſpiceſ cōſulebat de actio-
niſ eueſtu animi ſupſtitione: ſed tamē & magno ſtudioꝝ ho-
nore ueniebat tā illa p̄q̄ iucunda una dicētibuſ q; libera t̄pa
petebat audituroſ erogabat. Quid deniq; iucūdiuſ quam
ſub alteriſ iuidia quamdiu ueliſ & in alieno auditorio q̄ſi

depræhensum commode dicere? sed utcunq; se habent ista
benefecit Regulus quod est mortuus. melius si ante, nunc
enī sane poterat sine malo publico uiuere sub eo principe
sub quo nocere nō poterat. Ideo fas est nōnunq; eum quære
re. Nā postquā abiit: illa icrebruit passim & iualuit cōsuetu-
do. binas uel singulas clepsydras iterdū & dimidias & dādi
& petendi. Nā qui dicunt: egisse malunt quam agere: & qui
audiunt: inire quā iudicare: tanta negligentia: desidia: tanta
deniq; inreuerētia studiorū periculorumq; est: an nos sapiē-
tiores maioribus nostris? Nos legibus ipsis iustiores? quæ
tot horas tot dies tot pendinationes largiunt. hebetes illi &
supra modū tardi: nos aptius dicimus: celerius itelligimus:
religiosius iudicamus: qui paucioribus clepsydris præcipita-
mus causas q̄ diebus explicari solebant. O. Regulus qui am-
bitione ab omnibus obtinebas quod fide paucissimi p̄stāt:
equidē quotiens iudico quod uel sapius facio q̄ dico q̄tum
qui plurimū postulat atq; dicit eum temerariū existimo di-
uinare quā spatiosa sit causa iaudita: tēpusq; negotio finire:
cuius modū ignores præsertim cum primā religiōis suæ iu-
dex patientiā debeat quæ pars magna iustitiæ est. At quædā
superuacua dicuntur etiā: sed satius est & hæc dici quā non
dici necessaria. Præterea an sint superuacua nisi cū audieris
scire non possis. Sed de his melius corā ut de pluribus uitiis
ciuitatis. Nam tu quoq; amore communium soles emēdare
cupere quæ iam corrigere difficile est. Nūc respiciamus no-
stras & quid omnia in tua recte: in mea noui nihil. mihi aut
gratiora sunt bona quod perseuerant & leuiora incōmoda
sed assueui. Vale.

C. Plinius Vero suo Salutem dicit.

Ratias ago quod agellum quē nutrici meæ donaue-
ram colendū suscepisti. & erat cū donarem centū mi-
lium nummū. postea decrescente reditu etiā pretiū
minuit: quod nūc te curāte reparabit. Tu modo memineris

commendari tibi a me non arbores & terram : quanquam hæc quoque: sed munusculum meum quod esse quam fructuosissimum non illius magis interest quæ accepit : quam mea qui dedi. Vale.

C. Plinius Calphurniæ suæ salutem dicit.

Vnquã sum magis de occupationibus meis questus, quæ me non sunt passæ aut proficiscẽtem te ualitudinis causa in campaniã prosequi: aut profectũ euestigio subsequi: Nunc enĩ præcipue simul esse cupiebam: ut oculis meis crederẽ quid uiribus qd corpusculo acgreres, & qui deniq; secessus uoluptates regionisq; abundantia i offensa transmitteres. Equidem etiã fortem te non sine cura desiderarem. Est enim suspensum & anxium de eo quem ardentissime diligas interdum nihil scire: Nunc uero cũ absentiatum infirmitatis tuæ ratio incerta & uaria solitudine exteret, uereor omnia: quæq; natura metuentium est : ea maxime mihi quæ abominor fingo, quo impensius rogo: ut timori meo singulis quotidie uel etiã binis epistolis cõsulas. ero, n. securior dum legam: statimq; timebo cũ legero. Vale.

C. Plinius Vrsõ suo Salutem dicit.

Cripseram tenuisse Varenũ ut sibi euocare testis liceret: quod pluribus æquum: quibusdam iniquum & quidẽ pertinaciter uisum maxime Licinio nepoti: qui sequenti Senatu cũ de rebus aliis referretur: de pximo Senatusconsulto differuit: finitamq; causam retractauit. addidit etiam petendũ a consulibus: ut referrent sub exemplo legis ambitus de lege repetundarũ: an placeret in futurum ad eã legem adiici: ut sicut accusatoribus iquirẽdi testibusq; denuntiandi potestas ex ea lege esset: ita reis quoque fieret : fuerunt quibus hæc eius oratio ut fera & intẽpestiua & præpostera displiceret: quæ omisso cõtradicendi tẽpore castigaret peractum cui potuisset occurrere. Viuentium quidem celsus prætor tanquã emẽdatorẽ senatus & multis & uehe-

menter increpuit:respondit nepos:rursusque celsus: neuter
contumeliis tēperauit.nolo referre q̄ dici ab ipsis moleste
tuli:quo magis quosdam e numero nostro improbaui: qui
modo ad celsum modo ad nepotē prout hic uel ille diceret
cupiditate audiendi cursitātē & nunc quasi stimularent &
accenderent.nunc quasi recunciliarent componerentq; fre-
quentius singulis: ambobus interdum propitium Cæsare
ut in ludicro aliquo precabantur. mihi quidem illud etiam
peracerbum fuit quod sunt alter alteri quod pararēt iudicati.
Nam & celsus nepoti ex libello respondit: & cello nepos ex
pugilaribus:tanta loquacitas amicorum ut homines iurga-
turi id ipsum inuicem scirent tanquā cum uenissent. Vale.

C. Plinius Fundanio suo Salutem dicit.

I quando nunc præcipue cuperem esse te Romæ:
& sis rogo: opus ē mihi uoti laboris sollicitudinis so-
cio.petit honores Iulius Naso.petit cū multis cū bo-
nis:quos ut gloriosū sic ē difficile supare:pendeo ergo & ex-
erceor spe:afficior metu:& me consularem esse non sentio.
rursus mihi uideor.omniūque decurri candidatus. meretur
hanc curam longa mei caritate.est mihi cum illo non sane
paterna amicitia. neq; enim esse potuit per meam ætatem.
solebat tamen uix dum adolescētulo mihi pater eius cū ma-
gna laude monstrare:erat non studiorum tantum uerum
etiam studiosorum amantissimus:ac prope quotidie ad au-
diendos quos tunc ego frequētabat: Vir alioquin clarus ac
grauis & q̄ pdesse filio memoria sui debeat. sed multi nūc
i senatu quibus ignotus ille:multi quibus notus.sed nō nisi
uiuētis reuerētur:quo magis huic omīssa gloria patris in q̄
magnū ornamentum gratia infirma ipsi elaborādū ē. quod
qdē semper quasi prouideret hoc tēpus sedulo fecit.parauit
amicos:quos parauerat:coluit:me certe ut primū sibi iudi-
care permisit ad amorē imitationemq; delegit: dicēti mihi
solicite adsistit:assidet recitanti:primus etiā & cum maxim e

nascentibus opusculis meis interest: nunc solus: ante cum patre:
cuius nuper amissi ego suscipere partes: ego uicem debeo im-
plere: doleo enim & illum imatura morte indignissime raptus
& hunc optimi patris adiumento destitutum: solisque amicis
relictum. Quibus ex causis exigo ut ueritas & suffragio meo
tuum iungas. permultum interest mea te ostentare & tum
circuire. ea est auctoritas tua ut putem me efficacius tecum
etiam meos amicos rogaturum. Abrumpe siqua te retinet:
hoc tempus meum: hoc fides: hoc etiam dignitas postulat.
Suscepi candidatum & suscepisse me notum est. ego ambio:
ego periclitor: in summa si datur Nasoni quod petit: illius ho-
nor: si negatur: mea repulsa est. Vale.

C. Plinius Calphurniae suae Salutem dicit.

Cribis te absentia mea non mediocriter affici: Vnquam
habere solatiu: quod pro me libellos meos teneas. saepe
enim in uestigio meo colloces: gratum quod his fomē-
tis acquiescis: inuicem ego epistolas tuas lectito atque identidem
in manus quasi novas sumo. sed eo magis ad desiderium tui ac-
cendor. Nam cuius litterae tantum habent suauitatis: huius ser-
monibus quantum dulcedinis inest: tu tamen frequentissime
scribe: licet hoc ita me delectet ut torqueat. Vale.

C. Plinius Prisco suo salutem dicit.

Tritium crescentem & nosti & amas. quis enim illo
spectatior paulo aut non nouit aut non amat. hunc
ego non ut multi sed arctissime diligo: oppida nostra
unius diei itinere dirimunt: ipsi amare inuicem cum est flagrantissi-
mus amor adolescentuli coepimus: mansit hic postea: hic neque
frixit iudicio: sed inualuit. sciunt quae alterutrum nostrae familiari-
us inuenit. Nam & ille amicitiam meam latissima praedicatione circu-
fert: & ego praeter me fero quanta sit mihi curae modestia quae
securitas eius. Quin etiam cum insolentiam cuiusdam tribu-
natum plebis inuituri uereretur idque indicasset mihi respondi
quorsus haec? ut scias non

posse attilium me incolumi iniuriam accipere: iterum dices
quorsus hæc? Debit ei pecuniã Valerius Varus: huius est
hæres maximus noster: quem & ipse amo: sed cõiuñctius tu.
Rogo ergo exigo etiã p iure amicitiaẽ cures: ut Attilio meo
salua sit nõ fors modo sed etiã usura pluriũ annorũ. homo
est alieni abstinentissimus: sui diligens, nullis quæstibus su
stinetur nullus, ex frugalitate reditus. Nam studia quibus
plurimum præstat: ad uoluptatem tantum & gloriam exer
cet: & grauis est ei uel minima iactura: & q̃a reparare quod
amiserit grauius: exime hũc illi: Exime hũc mihi scrupulũ:
sine me suauitate eius sine: leporibus p̃frui, neq; enĩ possum
tristem uidere: cuius hilaritas me tristẽ esse nõ patit. i sũma
nostrĩ facetias hominis quas uelĩ attendas: ne i bilẽ aut ama
ritudinem uertat iniuria: quã uim habeat offensus crede ei
quam in amore habet: nõ feret magnum & liberum i geniũ
cum contumelia damnũ. Verum ut ferat ille ego meum
damnũ meam contumeliã iudicabo: sed non tanquã p
mea hoc est grauius irascat, quãquam quid denunciationi
bus & quasi minis ago: qñ potius ut cõperã rogo oro: des
operam ne ille se quod ualidissime uereor: a me ego me ne
glectum a te putem. Dabis autem si hæc perinde cura ẽ tibi
quam illud mihi. Vale.

C. Plinius Tacito suo Salutem dicit.

Ommendas mihi Iulium Nasonẽ candidatũ: Naso
nem mihi? quid si me ipsum? fero tamen & ignosco.
eũdem enĩ cõmendassem tibi si te romã morãte ip̃e
abfuissem, habet hoc sollicitudo quod oĩa necessaria putat.
tu tamen censeo alios roges: ego precum tuarum minister:
adiutor: particeps ero. Vale.

C. Plinius Albino suo Salutem dicit.

Vm uenisset i Socrus meã uillam Alsiensem: quã
aliquãdo Rufi Verginii fuit: ipse mihi locus optimi
alius & maximi uiri desideriuũ nõ sine dolore renouauit. hũc

enim incolere secessum atque etiam senectutis suæ nidulū
uocare consueuerat. Quocunq; me cōtulissē illū animus:
illum oculi requirebant. libuit etiam monumentum eius ui
dere: & uidisse poenituit: Est enim adhuc imperfectum: nec
difficultas operis in causa modici ac potius exigui: sed iertia
eius cui cura mandata est. Subit indignatio cum miseratiōe
post decimum mortis annum reliquias neglectūq; cinerem
sine nomine iacere: cuius memoria orbem terrarum gloria
peruagetur, at ille mandauerat caueratq; ut diuinum illud
etiam immortale factum uersibus inscriberetur.
Hic situs est Rufus pulso qui uindice quondam
Imperium asseruit non sibi sed patriæ:
Tam rara in amicitiiis fides: tam parata obliuio mortuorū
ut ipsi nobis debeamus cōditoria extruere omniaq; hære
dū officia præsumere. Nā cui nō est uerēdū quod uidemus
accidisse Verginio cuius iniuriam ut indigniorem sic etiam
notiorem ipsius claritas facit. Vale.

C. Plinius Maximo suo salutem dicit.

Diem lætum, adhibitus in cōsiliū a p̄fecto urbis:
audii ex diuerso agentes summæ spei, summæ idolis
iuuenes fuscum salinatorem & Numidiū quadratū:
egregium par nec modo tēporibus nostris: sed litteris ipsis
ornamento futurū: mira utriusq; probitas, constātia salua,
decorus habitus, os planum, uox uirilī, tenax memoria,
magnum ingenium, iudicium æquale, quæ singula mihi
uoluptati fuerint: atq; iter hæc illud q; ipsum rectorē ut ma
gistrū intuebant etia qui audiebāt: me æmulari: meis istare
uestigiis uidebant. O diē repetā enī lætum, notandumque
mihi cādīdissimo calculo. Quid, n. aut publice lætius q̄ cla
rissimos iuuenes nomē & famā ex studiis petere: aut mihi
optatius q̄ me ad recta tēdētibus q̄si exēplar eē p̄positum?
Quod gaudiū ut p̄petuo capiā deos oro ac eosdē testes peto
ut oēs q; me imitari tāti putabūt meliores esse q̄ me uelint.

C. Plinius Fabato profocero suo Salutem.

V uero non debes suspenſa manu cōmendare mihi quos tuendos putas. Nam te decet multis prodeſſe: ac me ſulcipere quicquid ad curā tuā pertinet. Itaq; Bettio priſco quātū plurimū potuero præſtabo: præſertim in arena mea: hoc eſt apud centūuiros. epiſtolarū quas mihi ut ais aperto pectore ſcripſiſti obliuiſci me iubes: at ego nularum libētius memini. Ex illis enī uel præcipue ſentio quātopere me diligas: cum ſic exegeris mecū ut ſolebas cū tuo filio. nec diſſimulo hoc mihi iucūdioreſ eas fuiſſe: quod habebam bonam cauſam cum ſummo ſtudio curaſſem qđ tu curari uolebas. Proinde etiam rogo ut mihi ſemper eadem ſimplicitate quotiens ceſſare uidebor: nūquam enī ceſſabo: conuitium facias. Quod & ego intelligam a ſummo amore proficiſci & tu non meruiſſe me gaudeas. Vale.

C. Plinius Vrho ſuo ſalutem.

Nquam ne uidiſti quēquam tā laborioſum exercitū quam Varenum meum: cui quod ſumma cōtentiōe impetrauerat defendendum & quaſi ruruſ petendū fuit: Bithyni ſenatuſconſultū apud cōſules carpere ac labefactare ſunt auſi: atq; etiā abſenti principi criminari: ab illo ad ſenatum remiſſi non deſtiterunt. egit Claudius capito irreuerenter magis quam conſtanter ut qui ſenatuſconſultum apud ſenatum accuſaret. reſpondit Fronto Catiuſ grauiter & firme: ſenatuſ ipſe murificuſ. Nam illi quoq; q̄ priuſ negarant Varenō quæ petebat eadem dāda poſtquam erāt data cenſuerunt: ſinguloſ enī integra re diſentire faſ eſſe: peracta quod pluribuſ placuiſſet cunctiſ tuendū. Aciliuſ tamē ruruſ & cū eo ſeptem an octo: ſeptem immo in priori ſentētia perſeuerare: in hac paucitate non nulli: quorum tēporaria grauitaſ uel potiuſ grauitatiſ imitatio ridebatur. Tu tamen æſtima quantum noſ ī ipſa pugna certaminis maneat: cuiuſ quaſi præluſio atq; p̄cuſſio haſ cōtentiōeſ excitauit. Vale.

C. Plinius Maurico suo salutem.

Ollicitas me in formianum: ueniam ex conditione: ne quid contra cōmodum tuum facias: qua pacto: ne iuicē mihi caueo: neq; n. mare & littus: sed te oriū & libertatem sequor: alioquin satius est in urbe remanere: oportet enim omnia aut ad alienum arbitrium aut ad suū facere. mei certe stomachi hęc natura est: ut nihil nisi totū & merum uelit. Vale.

C. Plinius Romano suo Salutem.

Irificæ rei interfuisti ne? ego quidem. sed mœrens: Passenius Paulus splēdidus eques romanus & i primis eruditus scribit elegos: gētile hoc illi: ē enī muni- ceps properti atq; etiā inter maiores suos Propertiū nume- rat. is cum recitaret ita cœpit dicere: Prisce iubes: ad hoc la- uolenus Priscus (aderat enī ut paulo amicissimus) ego uero non iubeo. cogita qui risus hominum: quotiens omnino pri- scus dubiæ sanitatis: interest tamē officiis: adhibet cōsiliis: atque etiam ius ciuile publice respondet: quo magis quod tunc fecit & ridiculum & notabile fuit: iterim paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit: tā sollicite recitaturis prouidendum est non solum ut sint ipsi sani: uerū etiam ut sanos adhibeant. Vale.

C. Plinius Cor. Tacito suo salutem.

Etis: ut tibi auunculi mei exitum scribam: quo ue- rius tradere posteris possis. gratias ago. Nam uideo morti eius si celebres a te immortalē gloriā eē ppo- sitam. Quamuis enī pulcherrimarū clade terrarū: ut populi ut urbes memorabili casu quasi semper uicturus occiderit: quamuis ipse plurima scripserit: plura tamē ppetuitati eius scriptorum tuorum æternitas addet. Equidem beatos puto quibus deorum munere datum est: aut facere scribenda: aut scribere legenda: beatissimos uero quibus utrumque:

horum in numero auūculus meus & suis libris & tuis erit.
Quo libentius suscipio deponco; etiam quod iniungis: Erat
miseri: classēque iperio præsens regebat: nouemb . kal. hora
fere septima mater mea idicat ei: apparere nubem inusitata
& magnitudine & specie. Vfus ille sole mox frigidam gusta
uerat iacens: studebatque: poposcit soleas, ascēdit locum: ex
quo maxime miraculū illud conspici poterat: nubes & icer
tum procul ituentibus ex quo monte: Vesuuium fuisse po
stea cognitum est: oriebatur: cuius similitudinem & formā
non alia magis arbor quam pinus expresserit: Nam longissi
mo uelut trunco flata in altum quibusdam ramis diffunde
batur, credo & recenti spiritu euecta: deinde senescente eo
destituta ut etiam pondere suo uicta in altitudinē uanesce
bat: candida interdum: interdum lordida & maculosa put
terram cineremue sustulerat: magnum propiusque noscen
dum ut eruditissimo uiro uisum, iubet liburnicam aptari:
mihi si uenire una uellē facit copiam, respondi studere me
malle: & forte ipse quod scriberē dederat, egrediebatur do
mo: accepit codicillos: retinere classiarū imminēti periculo
exterriti: nauicula eius subiacebat: nec ulla nisi nauibus fu
ga: ut se tāto discrimini eriperet orabāt: uertit ille cōsiliū &
quod studioso aīo inchoauerat: obit maximo, deducit qua
driremes ascendit ipse non retinet modum: sed multis (erat
enim frequens amœnitas) orat laturus auxiliū, pperat illuc:
alii territi inde fugiunt: rectumq; cursum rectaque guber
nacula in periculū tenet: adeo solutus metu & omnes illius
mali motus: omnis figuras ut depræhēderat oculis dictaret
enotaretque, iam nauibus cinis iciderat: quo propius acce
deret: calidior & densior, iā pumices etiā nigriq; ambusti &
fracti igne lapides, iam uadū subitū ruīaq; mōtis: littora ob
stantia, cūctāti paulū an retro flecteret: mox gubernatori: ut
ita faceret monenti: fortes inquit fortuna iuuat, Pōponianū
pete: Abierat: diremit sinu medio, Nā sensim circumactis

turbatisq; littoribus mox in mare re infunditur: ibi quanq̄
nondum periculo appropinquante conspicuo tamen: & cū
crelceret proximo sarcinas contulerat ī nauis certus fugæ:
si contrarius uentus resedisset:quo tunc auūculus meus se-
cundissimo inuectus cōplectitur trepidantē:consolat: hor-
taf: utq; timorē eius sua securitate leniret deferri ī balneum
iubet. lotus accubat: cœnat atq; hilaris: aut qđ ē atq; magnū
similis hilari. interim e Vesuuiō mōte pluribus locis latissi-
mæ flāmæ atq; incēdia relucebant: quoꝝ fulgor & claritas
tenebris noctis excitabaf. ille agrestiuū trepidatione igni reli-
ctas desertasq; uillas p̄ solitudinē ardere: ī remediū formidi-
nis dictabat: tū se geti dedit: & qeuit uerissimo equidē som-
no. Nā meatus animæ q̄ illi p̄pter amplitudinē corpis gra-
uior & sonātor erat ab iis q̄ limini obuersabaf audiebatur.
sed area ex q̄ zeta adibaf ita iam cinere mixtisq; pumicibus
oppleta surrexerat ut si lōgior ī cubiculo mora esset exitus
negaref: excitatus p̄cedit seq; Pomponiano cæterisq; q̄ pui-
gilarant reddit: in cōmune consultat: itra tecta subsistant:
an in aperto uagentur: Nā crebris uastisq; tremoribus tecta
nutabaf: & quali emota sedibus suis nūc huc nūc illuc abire
aut referri uidebantur: sub diuo Rursus quāq̄ leuiū exeso-
rūq; pumicū casus metuebat. qđ tamē malorū collatio ele-
git: & apud illū qđē ratio rationē: apud alios timorē timor
uicit: ceruicalia capiti bus īposita linteis cōstringūf. Id muni-
mentū aduersus incidētia fuit: iam dies alibi: illic nox oibus
noctibus nigrior densiorque: quam tamen faces multæ ua-
riaque lumina soluebant: placuit egredi in littus: & ex pro-
ximo aspicere: ecquid iam mare admitteret qđ adhuc uastū
& aduersum p̄manebat: ibi super abiectū linteum recubans
semel atq; iterū frigidā aquā poposcit hausitq; deīde flāmæ
flammarumq; prænuntius odor sulphuris. alios in fugam
uertunt: excitat illū: īnixus seruis duobus assurrexit & statī
cōcidit: ut ego cōiecto: crassiore calligine spiritu obstructo

clausoq; stomacho q illi natura inualidus & angustus & frequenter interæstuans erat:ubi dies redditus is ab eo quem nouissime uiderat tertius:corpus inuentum itegrū illæsum opertumque ut fuerat idutus. habitus corporis quieti q defuncto similior. Interim Miseni ego & mater, sed nihil ad historiam. nec tu aliud quā de exitu eius scire uoluisti. finē ergo faciam, unū adiiciam, omnia ea qbus iterfuerā quæq; statī cum maxime uera memoratur audiuerā persecutū, tu potissimum excerpes, aliud est enim epistolā aliud historiā: aliud amico: aliud omnibus scribere. Vale.

C. Plinius Restituto suo Salutem dicit.

Ndignatiunculam quam in cuiusdā amici auditorio cepi: non possum mihi tēperare quo minus apud te quia nō cōtigit corā p epistolam effundā. Recitabaſ liber absolutissimus: hūc duo aut tres ut sibi & paucis uidēſ disertis surdis mutisq; similes audiebant. nō labra diduxerūt: non mouerunt manū: deniq; non assurrexerūt saltē lassitudine sedendi. Quæ tanta grauitas: quæ tanta sapientia: quæ immo pigritia: arrogancia sinisteritas: ac potius amentia? In hoc totū diem ipendere ut offendas: ut inimicū reliquas: ad quem tāquam amicissimum ueneris. disertior ipse ē. tāto magis ne inuideris. Nam qui inuidet minorem deniq; siue plus siue minus siue idem præstat, lauda uel inferiorem uel superiorem uel parem. Superiorem quia nisi laudādus ille ē non potes ipse laudari. inferiorē aut parem quia pertinet ad tuam gloriam q̄ maximū uideri quē præcedis uel exæquas, equidem omnes qui aliquid in studiis faciunt uenerari etā mirariq; soleo: Est enī res difficilis ardua fastidiosa: & quæ eos a quibus contemnitur inuicem contemnat: nisi forte aliud iudicas tu quamquam quis uno te reuerentior huius operis quis benignior attestator. Qua ratione ductus tibi potissimum indignationem meam prodidi: quem habere lotium maxime poteram. Vale.

C. Plinius Sabino suo Salutem dicit.

Ogas ut agam firmanorum publicam causam: Quod ego quam pluribus occupationibus distentus admittar: cupio enim & ornatissimam coloniam aduocationis officio: & te gratissimo tibi munere obstringere. Nam cum familiaritatem nostram ut soles predicare ad praesidium ornamentumque tibi sumpseris: nihil est quod negare debeam praesertim pro patria petenti. Quid enim precibus aut honestius piis: aut efficacius amantis? Proinde firmanis tuis ac iam potius nostris oblige fidem meam. quos labore & studio meo dignos cum splendore ipsorum tum hoc maxime pollicetur: quod credibile est optimos esse inter quos tu talis extiteris. Vale.

C. Plinius Nepoti suo Salutem dicit.

Cis tu accessisse pretium agris praecipue suburbanis: causa subitae caritatis res multis agitata sermionibus: proximis comitiis honestissima uoce senatus expressit: candidati ne conuiuentur: ne mittant munera. ne pecunias deponant: ex quibus duo priora tam apte quam modice fiebant. hoc tertium quamquam occultaretur pro comperto habebat. homulus deinde noster uigilat: rursus hoc consensu senatus sententiae loco postulauit ut consules desiderium uniuersorum notum principi facerent: peterentque sicut aliis uitiis huic quoque prouidentia sua occurreret. occurrit. sumptus candidatorum: frigidus illos & infames habitus lege restrinxit: eosdem patrimonii tertiam partem conferre iussit in ea quae solo continerentur: deforme arbitratus: & erat: honorem petituros urbem italiamque non pro patria sed pro hospitio aut stabulo quasi peregrinantis habere. concursant ergo candidati: certatim quicquid uenale audiunt emptitant. quoque sint plura uenalia efficiunt: proinde si poenitet te italicorum praediorum: hoc uendendi tempus: tam hercule quam in uitiis comparandi: dum idem candidati illic uendunt. Vale.

C. Plinius tacito suo Salutem dicit.

Is te adductum litteris quas exigenti tibi de morte
auunculi mei scripsi cupe cognoscere: quos ego mi-
feni (littus id enim ingressus abruperam) non solum
metus uegeti etiam casus pertulerim: quanquam animus me
minisse horret: Incipiam profecto auunculo: ipse reliquum
tempus studiis: ideo remanseram: impendi. mox balneum: coe-
na: somnus inquietus & breuis: praecesserat per multos dies tre-
mor terrae minus formidolosus: quia caepaniae solitus: ille uero
nocte ita inualuit ut non moueri omnia: sed uerti crederetur.
irrupit cubiculum meum mater: surgebam inuicem si quie-
sceret excitaturus. resedimus in area domus: quae mare a te-
ctis modico spatio diuidebat. dubito constantiam rogare an
imprudentiam debeam: agebam enim duodeuicesimum annum.
posco librum Titi Liuii & quasi per otium lego: atque etiam ut
coeperam excerpo. ecce amicus auunculi qui nup ad eum ex his-
pania uenerat: ut me & matrem sedentis: me uero etiam legentem
uidet: illius patientiam: securitatem meam corripit: nihil segnius
ego intentus in librum iam hora diei prima & adhuc dubius
& quasi languidus dies: iam quasi statis circumiacentibus tectis
quam in aperto loco angusto tamen certus & magnus ruinae
motus. tum demum excedere oppido uisum: sequitur uulgus at
tonitum quomodo in pauore simile prudentiae alienum consilium suo
praefert. ingentibus agmine abeuntis praemit & impellit. egressi te-
cta consistimus: multa ibi miranda multas formidines patimur.
Nam uehicula quae produci iusseramus quam in planissimo capite
in contrarias partes agebant ac ne lapidibus quidem fulta in eo-
dem uestigio quiescebant. praeterea mare in se resorberi & tremo-
re terrae quasi repellere uidebamus: certe praecesserat littus mul-
taque animalia maris sicca arenis detinebat: ab altero latere
nubes atra & horrida ignei spiritus certis uibratibus discursibus
rupra in longas flammarum figuras dehiscebat: fulgoribus
illae & similes & maiores erant: Tum uero ille idem ex hispania
amicus acrius & istantius si frater inquit tuus: tuus auunculus ui-

uit: uult esse uos saluos, si perit supstites uoluit, proinde qd
cessatis euadere? respondimus non cōmissuros nos ut de sa
lute Illius incerti nostræ consuleremus, non moratus ultra
proripit se effusoq; cursu periculo aufertur: nec multo post
illa nubes descendere ī terras: operire maria: cixerat capreas
& absconderat: Miseni quod procurrit abstulerat: tū mater
orare: hortari: iubere quoquo modo fugerem: posse enī iu
uenem: se & annis & corpore grauem benemoriturā: si mihi
causa mortis non fuisset, ego cōtra saluum me nisi una nō
futurę: deīde manum eius amplexus addere gradum cogo.
paret ægre incusatq; se: quod me moreē iam cinis adhuc ta
men rarus: respicio: deīa caligo tergis imminebat: quæ nos
torrentis modo infusa terræ sequebatur, deflectamus īquā
dam uidemus: ne in uia strati comitātium turba ī tenebris
obteramur, uix consideramus & nox nō qualis ī lunis & nu
bila: sed qualis in locis clausis lumine extincto: audires ulu
latus feminarum, infantium queritatus: clamores uirorum:
alii parentes: alii liberos: alii cōiuges uocibus requirebāt, uo
cibus noscitant, hi suum casum: illi suorum miserabant:
erant qui metu mortis mortem precarentur: multi ad deos
manus tollere: plures nusquam iam deos ullos: æternamq;
illam & nouissimam noctem mundo īterpretabantur. Nec
defuerunt qui fictis mentitisq; terroribus uera pericula au
gerent: aderant qui Miseni illud ruisse illud ardere falso: sed
credentibus nunciabant: paululum reluxit quidem nō dies
nobis: sed aduentātis ignis indicium uidebatur: & ignis qdē
longius subsistit: tenebræ rursus tumultus grauis: hunc idē
tidem assurgentes excutiebamus operti alio qui etiā obliū
pondere essemus, possem gloriari nō gemitū mihi nō uocē
parum fortem in tātis periculis excidisse: nisi me cū oībus:
omnia mecum perire misero magno tamē mortalitatis sola
tio credidissem. Tandē illa caligo tenuata quasi in fūmum
nebulamue discessit: mox dies, sol etiā effullit luridus tamē

qualis eē cum deficit sol: & occurſabant trepidātibus adhuc
oculis mutata omnia altoq; cinere tanquam niue obducta.
regreſſi Miſenum curatis utcunq; corporibus ſuſpenſam
dubiāq; noctem ſpe ac metu exigimus: metus præualebat:
nam & tremor terræ perſeuerabat & pleriq; lymphati terri-
ficis uaticinationibus & ſua & aliena mala ludificabant. No-
bis tamen ne tunc quidē quanquam expertis periculū & ea
ſpectantibus adeundi cōſilium donec de auunculo nūtiū,
hæc nequaquam hiſtoria digna nos ſcripturos leges: & tibi
ſcilicet qui requiſiſti imputabis ſi digna ne epiſtola quidem
uidebuntur. Vale.

C. Plinius Caninio ſuo Salutem dicit.

Um ex eis qui mirer antiquos: non tamen: ut quidā:
temporum noſtrorum ingenia deſpicio: neq; enim
laſſa & effœta natura nihil tā laudabile parit: atque
adeo nup audi Vergiliū romanū paucis legentē comœdiā
ad exēplar ueteris comœdiæ ſcriptā: tā bene: ut eē quādoq;
poſſit exemplar. Neſcio mireris hominem quanquam noſſe
debes. eſt enim probitate morum, ingenii elegantia: operum
uarietate monſtrabilis. ſcripſit mimiambos tenuiter, argute
uenuſte atq; in hoc genere eloquentiſſime. Nullum eſt enī
genus quod abſolutū nō poſſit eloquentiſſimū dici: ſcripſit
comœdias Menādrum alioſq; ætatis eiūſdē æmulatus: licet
has ſter plautinas, terentinasq; numeres, nunc primum ſe in
ueteri comœdia ſed non tanquā iciperet oſtēdit: nō illi ius
nō grāditas: nō ſubtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non
lepos deſuit, ornauit uirtutes, inſectatus ē uitia, fictis nomi-
nibus decenter: ueris uſus, eſt apte: circa me tantū benigni-
tate nimiū modum exceſſit: niſi quod tamē poetis mentiri
licet. In ſumma extorquebo ei librum: legendūq; immo edi-
ſcendum mittam tibi, neq; enim dubito futurū ut non de-
ponas ſi ſemel ſumpſeris. Vale.

C. Plinius Tironi ſuo Salutem dicit.

Agna res acta est omnium qui sunt prouinciis profuturi :
magna oim q se simpliciter credunt amicis. Lustricus
brutianus cum motanum atticinum comitem suum in multis fla-
gitiis depræhēdisset Cæsari scripsit: atticinus flagitiis addit
ut quem deceperat accusaret. recepta cognitio est. fui in consilio.
egit uterque pro se: egit autem carptim &
Quo genere ueritas statim ostenditur. prulit Bructianus testa-
mentum suum quod Atticini manu scriptum esse dicebat: hoc enim &
arcana familiaritas & querendi de eo quem sic amasset necessi-
tas indicabatur. & numerauit crimina foeda manifestaque: ille
cum diluere non posset ita regeffit: ut dum defenditur turpis: dum
accusat sceleratus probaretur. corrupto enim scribae seruo in-
terceperat commentarios incidereque ac per summum nefas utebatur ad
uertum amicum criminis suo. fecit pulcherrime Cæsar: non de Bru-
ctiano sed statim de atticino perrogauit: datus & in iuliam re-
legatus. Bructiano iustissimum integritatis testimonium reddi-
tum. quem quidem etiam constantiae gloria secuta est. Nam defelus expedi-
tissime accusauit uehementer: nec minus acer quam bonus & since-
rus apparuit. quod tibi scripsi: ut te sortitum prouinciam prouocare:
plurimum tibi credas: nec cuiquam satis fidas. deinde scias si quis
forte te quod abominor fallat paratam ultionem: qua tamen ne sit
huius etiam atque etiam attende: quæ tam iucundum est uindicari:
quam decipi miserum.

C. Plinius Triario suo Salutem dicit.

Mpense petis: ut causam agam pertinens ad curam tuam
pulchram alioquin & famosam: faciam: sed non gratis: qui
fieri potest inquis ut non gratis: tu potes. exigam enim mercedem
honestiorem gratuito patrocinio. peto atque etiam paciscor: ut si-
mul agat Cremutius ruso. solitum hoc mihi est in pluribus aliis
adolescentibus factitatum: Nam mire concupisco bonos iuuenes
ostendere foro: assignare famam: Quod si cui prestare Ruso meo
debeo: uel propter natales ipsius: uel propter eximiam mei carita-
tem: quem magni aestio in iisdem iudiciis ex eisdem est partibus conspici

audiri: oblige me: oblige antequam dicam: nam cum dixerit: gratias
ages: spero de sollicitudine tua: spei meae: magnitudini causae
satisfactorum: est in dolis optime breui producturus alios: si in
terim puectus fuerit a nobis: Neque enim cuiquam tam clarum sta
tim ingenium: ut possit emergere: nisi illi materia: occasio: fau
tor etiam: commendatorque contingat. Vale.

C. Plinius Marco suo Salutem dicit.

Va multum interest quid a quoque fiat: eadem enim facta cla
ritate uel obscuritate facientium aut tollunt altissime:
aut humillime deprimunt: Nauigabam per larium nostrum:
cum senior amicus ostendit mihi uillam atque etiam cubiculum quod in la
cum proeminet: ex hoc inquit aliquando municeps nostra cum mari
to se precipitauit: causam requisitum: maritus ex diutino morbo
circa uelada corporis ulceribus putrescebat. Vxor ut inspicere
ret exegit: neque enim quemque fidelius iudicaturus posset ne sanari.
desperauit: hortata est ut moreretur: comesque ipsa mortis dux
immo & exemplum & necessitas fuit: Nam se cum marito ligauit:
abiecitque in lacum. Quod factum ne mihi quidem quod muni
ceps nisi proxime auditum est: non quia minus illo clarissimo
arriae factum: sed quia minor ipsa. Vale.

C. Plinius Hispano suo Salutem dicit.

Cribit robustus splendidus eques romanus cum Atilio
scauro amico meo otriculum usque commune iter pergisse:
deinde nusquam comparuisse: petis ut carus ueniat: nosque
si potest in aliqua inquisitionis uestigia inducat. ueniat: uereor ne
frustra. suspicor enim tale nescio quod robusto accidisse: quod aliquando
Metilio crispo municipi meo. huic ego ordies inpetra
ueram: atque etiam proficiscenti quadraginta milia numerum ad instru
endum se ornandumque donaueram: nec postea aut epistolas eius:
aut aliquem de exitu nuntium accepi. interceptus ne sit a suis: an
cum suis dubium. certe non ipse non quicquam ex seruis eius apparuit: ut
ne robusti quod experiamur tamen accersamus scaurum: demus
hoc tuis. demus optimi adolescentis honestissimis precibus: quod

pietate mira etiā sagacitate patrē quærit. dii faueāt ut sic inueniat ip̄m quēadmodū iā cū quo fuisset inuenit. Vale.

C. Plinius Seruiano suo Salutem dicit.

Audeo & gratulor q̄ fusco Salinatori filiā tuā destinasti: domus patricia: pater honestissimus: mater patri laude. Ipse ē studiosus: litteratus etiā: disertus etiā: puer simplicitate: cōitate iuuenis: senex gravitate. neq; enim amore decipior: amo qdē effuse: ita offitiis ita reuerētia meruit: iudico tamē & qdē tanto acrius quāto magis amo. tibi qdē ut q̄ explorauerim spōdeo habitū te genē: quo melior fingi ne uoto qdē potuit. supest ut auū te q̄ maturissime simillimū sui faciat: Quā felix tēpus illud quo mihi liberos illius uel nepotes tuos: ut meos uel liberos uel nepotes ex uestro sinu sumere & quasi pari iure tenere cōtingeret. Vale.

C. Plinius Seuero suo Salutem dicit.

Ogas ut cogitē qd designatus cōsul ī honorē principis cēseas. facilis iuētio: Nō facilis electio. ē enī ex uirtutibus eius larga materia: tamē qd malo idicabo si prius hæsitationē meā ostēdero. dubito nū idē tibi suadere qd mihi debeā. designatus ego cōsul omni hac & si nō adulatione specie tamē adulationis abstinui: nō tanquā liber & cōstans sed tanquā intelligēs p̄cipis nostri cuius uidebā hanc eē p̄cipuā laudē si nihil q̄si ex necessitate decerneret. recordabar etiā plurimos honores pessimo cuiq; delatos a q̄bus hic optimus separari nō alio magis poterat quā diuersitate cēsendi: qd ipsum nō dissimulatiōe & silētio p̄terii: ne forte nō iudiciū illd meū sed obliuio uideret. hoc tūc ego. sed nō oībus eadē placēt: nec cōueniūt qdē. p̄terea faciēdi uera rō: cū hominū ip̄orū tū reꝝ etiā ac tēporū cōditio nuntiaf. Nā recētia opa maximi p̄cipis p̄bent facultatē noua magna uera cēsendi. q̄bus ex causis ut supra scripsi dubito an idē nūc tibi quod tūc mihi suadeā. Illud nō dubito debuisse me in partes consiliū tui ponere quid ipse fecissem. Vale.

C. Plinius Pontio suo Salutem dicit.

Cio quæ tibi causa fuerit impedimento quo minus præcurrere aduentum meum in campaniam posses, sed quanquã abiens totus huc magistrati: tãtũ mihi copiarum tam urbanarum quã rusticarum nomine tuo oblatũ est quas omnis improbe accepi tamen: Nã me tui ut ita facerẽ rogabant: & uerebar ne & mihi & illis irasceris si non fecissem. iposterum nisi adhibueris modũ ego adhibebo: & iam tuis denũciaui si rursus tam multa attulissent omnia relatuos. Dices oportere me tuis rebus ut meis uti: etiam: sed perinde illis ac meis parco. Vale.

C. Plinius Quadrato suo Salutem dicit.

Vidius quietus qui me unice dilexit & quo non minus gaudeo: probauit: ut multa alia thralex (fuit enim familiaris) ita hoc sæpe referebat: præcipere solebat suscipiendas esse causas aut amicorũ: aut destitutas: aut ad exemplũ pertinentis: cur amicorũ? nõ eget interpretatiõne. cur destitutas? quod in illis maxime & cõstãtia agentis & humanitas cerneretur: cur pertinentis ad exemplum? quia plurimum referret an bonum an malum diceretur. ad hæc ego genera causarum ambitiose fortasse addam tamen claras & illustres. æquum enim est agere nonnunquam gloriæ & famæ: Idem dignitati ac uerecundiæ tuæ statuo: Nec me præterit id: usum esse & haberi optimum dicendi magistrũ: uideo etiã multos paruo ingenio litteris nullis ut bene agerent agendo consecutos: sed & illud uel polliõis accepi uerissimũ: experior: cõmode agendo factum est ut sæpe agerẽ. sæpe agendo tamẽ est ut minus cõmode: quia scilicet assiduitate nimia facilitas magis quã facultas: nec fidutia sed temeritas paratur. Nec uerõ Isocrati quominus habereẽ summus orator offecit: quod infirmitate uocis mollitia frontis ne in publico diceret impediabatur. proinde multum lege: scribe: meditare: ut possis cum uoles dicere: dices cum uelle debebis: hoc fere

temperamentum ipse seruauit : nonnunquam necessitati quæ
pars ratiōis est parui. egi enim qualdam a senatu iussus quo
tamen in numero fuerūt exilia thraseæ diuisiōes hoc est ad
exemplū pertinentes. adfui bethycis cōtra bebiū bassū. quæ
situm est an dāda esset inq̄sitiō: data est. adfui rursus: rursus
idem querentibus de cecilio classico quæsitum ē an p̄uitia
les ut sotios ministrosq; p̄consulis plecti oporteret : p̄cenas
luerunt. accusaui Marium priscum: qui lege repetundarum
damnatus utebatur clæmentia legis: cuius seueritatē imani
tate criminum excesserat. relegatus est. tuitus sum Iulium
bassum ut icustoditū nimis & cautū ita minime malū: iudi
cibus acceptis in senatu remansit. Dixi proxime pro uareno
postulāte ut sibi inuicē uocare testis liceret : impetratum ē.
imposterum opto ut potissimū iubeam quæ me deceat uel
sponte fecisse. Vale.

C. Plinius Fabato suo Salutem dicit.

Ebemus mehercule natales tuos perinde ac nostros
celebrare: cū lætitia nostrorū ex tuis pendeat : cuius
diligētia & cura hic hilares istic securi sumus. uilla Camilia
na q̄ in campania possides est qdē uetustate uexata & tamē
quæ sunt p̄tiosiora aut integra manēt aut leuissime læsa s̄t:
Attendemus ergo ut quā saluberrime reficiā. Ego uideor
habere multos amicos sed huius generis cuius & tu quæris
& res exigens prope neminē. Sunt enī omnes togati & urba
ni. rusticorum autem prædiog; administratio poscit durū
aliquē & agrestē: cui nec labor ille grauis : nec cura sordida
nec tristis solitudo uideat. tu d̄ ruffo honestissimo cogitas :
fuit enī filio tuo familiaris: quid tamē noui sibi præstare po
scit ignoro: uelle plurimum credo. Vale.

C. Plinius Corneliano suo Salutem dicit.

Vocatus ī cōsiliū a Cæsare nostro ad cētū cellas hoc
lōgo nomine maximā cepi uoluptatē. Quid enī iu
cundius quā principis iustitiā: grauitatē: comitatē in

secessu quoq; ubi maxime recludūf inspicere, fuerūt uariæ cogitationes: & quæ uirtutes iudicis p̄pluris species experiētur: dixit causam Claudius ariston p̄iceps ephesiorū homo mūnificus & innoxie popularis. īde īuidia & ad dissimillimū delator īmissus. itaq; absolutus uindictatusq; est. sequēti die audita ē galitta adulterii rea: nupta hęc tribuno militū honores petituro & suā & mariti dignitatē centurionis amore maculauerat. maritus legato consulari: ille cæsari scripserat. Cæsar excussit p̄bationibus: centurionē exauctorauit: atq; etiā relegauit. superat crimini q; nisi duob; esse nō poterat: reliqua pars ultionis, sed maritū nō sine aliqua rephensione patientiæ amor uxoris retardabat: quā qdē, etiā post delatū adulteriū domi habuerat: quasi cōtētus æmulū remouisse. admonitus ut perageret accusationē peregit inuitus: sed illā damnari etiā īuito accusatore necesse erat. damnata & iuliæ legis pœnis relicta est: Cæsar & nomen cēturionis & cōmemorationē disciplinæ militaris sentētiae adiecit: ne oīs eiusmodi cā reuocare ad se uideret. tertio die īducta cognitio ē multis sermōibus & uario rumore iactata iuli tironis codicilli quos ex p̄te ueros eē cōstabat: ex p̄te falsi dicebāf: substi tuebāf crimini semironius senecio: eques ro. & eurythmus Cæsaris libertus & p̄curator. hæredes cū cæsar eēt in dacia cōiter epistola scripta petierāt ut suscipet cognitionē: susceperat: reuerius diē dixerat: & cū ex heredibus qdā q̄si reuerētia eurythmo mitterēt accusationem pulcherrime dixerat: nec ille polyclitus ē: nec ego Nero: īdulserat tamē petētibus dilationē cuius t̄pis exacto cōfederat. auditurus apte: hæredū ītrauerūt duo: oīo postulauerunt ut oēs hæredes agere cogerentur: cum detulissent omnes: aut sibi quoq; desistere permitteretur: locutus est Cæsar summa grauitate: summa moderatione: cumq; aduocatus Senecionis & eurythmi dixisset suspicionibus relinq; reos nisi audiref: non curo inqt an isti suspicionibus relinquuntur: ego reliquor. Deinde cō

uersus ad nos

qd facere debeamus. isti

enī queri uolunt q̄ sibi licuerit nō acufare: tū ex cōtulis sententia iuffit denūciari hæredibus oībus ut agerēt aut finguli approbarēt causas nō agēdi: alioquin se uel de calūnia pronūciaturū: Vides quā honesti q̄ seueri dies quos iucūdiſſimæ remiſſiōis ſequebāt: adhibebamur quotidie cœna erat modica: ſi principē cogitares: interdū acromata audiebamus: interdū iucūdiſſimis ſermonibus nox ducebatur. ſūmo die abeuntibus nobis quā diligens in Cæſare humanitas xenia ſunt miſſa. Sed mihi ut grauitas cognitionū conſilii: honor ſuauitas ſimplicitasque conuictus: ita locus ipſe piucundus fuit. uilla pulcherrima cingit̄ uiridiſſimis agris. iminet littori: cuius in ſinu fluit cū maxime portus huius ſiniſtrum brachium firmiſſimo opere munitum eſt, dextrum elaborat̄. in ore portus inſula adſurgit: quæ in latum uento mare obiacens frangat tutūq; ab utroque latere decurſum nauibus præſtet. adſurgit autem arte uilenda ingentia ſaxa latiffima nauis prouehit. contra hæc alia ſuper alia delecta ipſo pōdere manent ac ſenſim quodam uelut aggere conſtruunt̄ eminentia. & apparet laxeam dorſum impactosq; fluctus i imēſum elidit & tollit. uauſtus illic fragor canumq; circa mare ſaxis deinde pilæ adiſcientur quæ p̄cedenti tempore enatā inſulam imitentur. habebit hic portus etiam habet nomen auctoris eritq; uel maxime ſalutaris. Nam per longiſſimum ſpatium littus importuoſum hoc receptaculo utetur. Vale.

C. Plinius Quintiliano ſuo Salutem dicit.

Vanuis & ipſe ſis continentiffimus & filiā tuam ita inſtitueris ut decebat filiā tuam Tutili neptem: cum tamē ſit nuptura honeſtiſſimo uiro nonio celeri cui ratio ciuiliū officiorum neceſſitatem quandā nitoris imponit: debet ſecundū conditiones mariti ueſte comitatu qbus non quidem agit dignitas: ornatus tamen inſtrui. Te porro animo beatiffimū: modicū facultatibus ſcio, itaq; partē one

ris tui mihi uideo: & tanquam parens altet puellae nostrae confero quinquaginta milia nummum plus collaturus nisi a uerecundia tua sola mediocritate munusculi impetrari posse considere ne recuses.

C. Plinius Romano tuo salutem dicit.

Ollite cuncta inquit coeptosque auferte labores: seu scribis aliquid seu legis tolli auferri iube: & accipe orationem meam ut illa arma diuina suum superbius potui reuera ut iter meas pulchra. Nam mihi satis est certare mecum, est haec pro attia uiriola & dignitate personae & exempli raritate & iudicii: magnitudine insignis. Nam foemina splendida nata nupta praetori uiro exhaeredita ab octogenario patre intra undecim dies quam ille nouerca ei amore captus induxerat quadruplici iudicio bona paterna repetebat: sedebant iudices centum & octoginta. tot enim quatuor consiliis conscribuntur. iugens utrinque aduocatorum & numerosa subscelia praestantium corona latissimum iudicium multiplici circulo ambibat: ad hoc stipatum tribunal: atque etiam ex superiore basilicae parte quam foeminae qua uiri & audiendi quod difficile uisendi studio iminebant. magna expectatio patrum: magna filiarum: magna etiam nouercarum. secutus est uariis euentus: Nam duobus consiliis uicimus. totidem uicti sumus. notabilis prorsus & mira eadem in causa iisdem iudiciis: iisdem aduocatis eodem tempore tanta diuersitas accidat casu quod non casus uideret. uicta est nouerca ipsa haeres ex parte sexta. uictus suberrimus qui exhaereditatus patre singulari impudentia alieni patris bona uindictabat: non ausus sui petere. haec tibi exposui primum ut epistola scires quam ex oratione non poteris. Deinde nam detegam artes ut orationem libentius legeres si non legere tibi sed interesse iudicio uidereris. quam sit licet magna non despo gratiam breuissime impetratura. nam & copia rerum & arguta diuisione & narratiuncula pluribus & eloquendi uarietate renouatur. sunt multa (non audeo nisi tibi dicere) elata: multa pugnancia: multa subtilia. interuenit enim acris illis & erectis frequens necessi-

tas computandi ac pene calculos tabulamque poscendi ut repente in priuati iudicii formam cētumuiralem uertatur: dedimus uela indignationi: dedimus iræ: dedimus dolori & in amplissima caula q̄si magno mari pluribus uentis fumus uecti, in summa solent quidā ex cōtubernalibus nostris existimare hanc orationē iteꝝ dicā ut inter meas

esse, an uere tu facillime iudicabis q̄ tā memori- ter tenes oēs ut cōferre cū hac dū hāc solā legis possis. Vale

C. Plinius Maximo suo salutem dicit.

Ecte fecisti q̄ gladiatorium munus ueronēsibus nostris promissisti: a quibus olim amaris: suspiceris; ornaris: Inde etiam uxorē carissimā tibi & p̄batissimā habuisti; cuius memoriæ aut opus aliquod maxie funebre debeat, præterea tanto consensu rogabaris ut negare nō constans sed durum uideretur, illud quoq; egregie quod tā facilis tam liberalis in edendo fuisti: Nam per hęc etiā magnus animus ostendit, uellem africanæ quas coemeras plurimas ad præfinitum diem occurrissent: sed licet cessauerit illa tempestate detenta: tu tamen meruisti ut acceptum tibi fieret: quod quominus exhiberes non per te stetit. Vale.

C. Plinii Nouocomensis liber septimus epistolæ Incipit.

C. Plinius Geminio suo Salutem dicit.

Erret me hęc tua tā pertinax ualitudo & quā te téperatissimum nouerim: uereor tamen ne quid illi etiam in mores suos liceat, proinde moneo patienter resistas, hoc laudabile hoc salutare admittit humana natura: quod suadeo ipse certe sic agere sanus cū meis soleo, spero quidē si forte in aduersam ualitudinē incidero nihil me desideratuz; uel pudore uel pœnitētia dignum, si tamen superauerit morbus: denuntio ne quid mihi detur nisi permittentibus medicis: licatisque si dederis ita uindicaturum ut solent alii quæ negantur; quin etiā cū pustus ardētissima febre tadē remissus unctusq; acciperē

a medico potionem porrexi manum utq; me tangeret dixi:
admotumq; iam labris poculum reddidi. postea cum uicesi-
mo ualitudinis die balineo præpararer mustātesq; medicos
repente uidissem causā requisui: respōderūt posse me tuto
lauari non tamen oīo sine alia suspiciōe: quid in quā necesse
est: atq; ita spe balinei cui iā uidebar īferri placide leniterq;
dimissa ab abstinentiā rursus non secus ac modo ad balineū
animum uultumq; composui. quæ tibi scripsi primū ut te
non sine exemplo monerē. deinde ut in posterū ipse ad eādē
temperantiā astringeret hac epistola quasi pignore. Vale.

C. Plinius Iusto suo Salutem dicit.

Vemadmodum congruit ut simul & affirmes te assi-
duis occupationibus īpediri & scripta nostra deside-
res quæ uix ab otiosis īpetrare aliquod perituri tēpo-
ris: patiar ergo æstatē inquietā uobis exercitāq; trāscurrere
& hyemem: demū cū credibile erit noctibus saltē uacare te
posse quæram quid potissimū ex nugis meis tibi exhibeā.
Interim abunde est si epistolæ non sunt molestæ: sunt autē
& uel eo breuiores erunt. Vale.

C. Plinius Presenti suo salutē dicit.

Anta ne perleuerantia? tu mō in lucania mō in cāpa-
nia. ipse. n. inquis lucanus. uxor cāpana. iusta causa lō-
gioris absentia: non pperuæ tamē: quin ergo aliquādo in ur-
bē redis? ubi dignitas honor amicitia tam superiores q̄ mi-
nores. quousque uigilabis cum uoles? dormies quamdiu uo-
les? quousque calcei? nusq; toga feriata? liber totus dies? tps
est te reuifere molestias nostras uel ob hoc solū ne uolupta-
tes istæ satietate lāguescant saluta. paulisper quo tibi sit iucū-
dius salutari. terere in hac turba ut te solitudo delectet. sed
quid īprudēs: quē euocare conor retardo. fortasse. n. his ipis
admoneris ut te magis ac magis otio īuoluas. quod ego nō
abrumpi: sed intermitti uolo. ut enim si tibi cœnam facerē
dulcibus cibis acres acutosque mīcerem: ut obtusus illis &

oblitus stomachus his excitare: ita nunc hortor ut iocundis-
simū genus uitæ nonnullis interdū quasi acrioribus cōdias. Vale

C. Plinius Pontio suo Salutem dicit.

Is legisse te hendecasyllabos meos. requiris etiā quē
admodum cœpim scribere homo ut tibi uideor se-
uerus ut ipse patior nō ineptus: nunquā a poetice: al-
tius enim repetā: alienus: quod etiā quatuordecim natus annos
græcam tragoediā scripsi. qualem inquis: nescio. tragoedia
uocabatur. Mox cum e militia rediens in icaria insula uētis
detinerer latinos elegos in illud ipsum mare ipsamque insulā
feci. expertus sum me aliquando hetero hendecasyllabis. nunc
primum quorum hic natalis hæ causæ legebant in laurétino
mihi asinii galli libri de comperatione patris & Ciceronis: in-
cidit epigramma Ciceronis in Tironem suum. deinde cū me
ridie (erat enim æstas) dormiturus me recepissem: ne obre-
peret somnus: cœpi reputare maximos oratores hoc studii
genus & in oblectariōibus habuisse: & in laude posuisse. Intē-
di animū contraque opinionē meā post longam desuetudinē
perquam exiguo temporis momento id ipsum quod me ad
scribendum sollicitauerat his uersibus exarauī.

Cum libros Galli legerem quibus ipse parenti

Ausus de Cicerone daret palmamque decusque

Lascium inuenit uersum Ciceronis: & illo

Spestandum ingenio quo seria condidit: & quo

Humanis salibus multo uarioque lepore.

Magnorum ostendit mentis gaudere uirorum.

Nam queritur quod fraude mala frustratus amantem

Paucula cœnato sibi debita sauiā tiro

Tempore nocturno subtraxerit: his ego lectis

Cur post hæc inquam nostros celamus amores?

Nullumque in medium timida damus atque fatemur

Tironisque dolos tironis nosse fugaces

Blanditias & furta nouas addentia flammās.

Trāsi ad elegos hos quoq; nō mīus celeriter explicui addidi
alteros facilitate corruptus. de iude i urbē reuerſus ſodalibus
legi. probauerunt inde plura metra ſi quid otii maxime ſi i
itinere tentauī: poſtremo placuit exemplo multorum. unū
ſeparatim hendecasyllaborū uolumen abſoluere nec pœni-
tet. legiſ: deſcribitur: cātatur & tam & a græcis quoq; quos
latine huius libelli amor docuit. nunc cithara nunc lyra p-
ſonatur. Sed quid ego tam glorioſe quanq̄ furere poetis cō-
ceſſum eſt: & tamē nō de meo ſed de aliorū iudicio loquor.
qui ſiue iudicant ſiue errant: me delectant. unum precor ut
poſteri quoq; aut errent ſimiliter aut iudicent. Vale.

C. Plinius Calphurnio ſuo Salutem.

Ncredibile eſt quanto deſiderio tui tenear. In cauſa
amor primū: Deinde quod nō conſueuimus abeſſe:
iude eſt quod magnā noctium partem i imagine tua
uigilē. Exigo inde quod interdium q̄bus horis te uiſere ſolebā
ad diætā tuā ipſi me ut ueriffime dicitur pedes ducūt. qđ
deniq; æger uictus ac ſimilis excluſo a uacuo limie recedo.
Vnum tempus his tormentis caret quo in foro & amicorū
litibus conteror. æſtima tu quæ uita mea ſit: cui requies in
labore: in miſeria curiſq; ſolatium. Vale.

C. Plinius Macrino ſuo Salutem.

Ara & notabilis res uarēo cōtigit: ſit licet adhuc du-
bia: bithyni accuſationē eius ut temere inchoatam
omiſiſſe narrant. Dico a deſt prouintiaē legatus: attu-
lit decretū cōciliū ad Cæſarē: attulit ad multos principes ui-
ros: attulit etiā ad nos uareni aduocatos: p̄ſtat tamē idē ille
magnus: qn etiā nigrinū optimū uirū p̄tinaciſſime exercet.
p̄ hūc a cōſulibus poſtulabat: ut uarenius exhibere rōnes co-
gereſ: aſſiſtebā uarēo iā tātū ut amicus: & tacere decreuerā.
Nihil enim tam cōtrariū quā ſi aduocatus a ſenatu datus de-
fenderē & reum cui opus eſſet ne reus uiderēſ. Cum tameu
ſinita poſtulatione nigrini cōſules ad me oculos retuliſſēt:

scietis inquam constare nobis silentii nostri rationem: sum ueros legatos prout in te audieritis contra nigrinū ad quē mihi sunt ego ad me cum habeo decretum puintiæ. Rursus ille potest tibi liquere ad hoc ego: si tibi ex diuerso liber potest & mihi quod est melius causa liqueret. legatus polienus causas abolitæ accusationis exposuit postulauitq; ne cognitione Cæsaris præiudiciū fieret: respōdit magnus. Iterūq; polianus ipse raro & breuiter iterlocutus multū itra silētiū tenuit. Accepi enī non minus interdū oratorium esse & tacere quam dicere: atq; adeo repeto me qbusdam capitis reis uel magis silentio quā oratione accuratissima profuisse. mater amisso filio: quid enim prohibet quāq; alia ratio scribundæ epistolæ fuerit de studiis disputare? Libertos eius eosdemq; cohæredes suos falsi & ueneficii reos detulerat ad principē iudicemq; ipetrauerat Iulium Seruianum. Defenderam reos ingenti quidem cœtu: erat enī causa notissima, p̄terea utriq; ingenia clarissima: finem cognitiōi quæstio iposuit quæ secundum reos dedit: postea mater adiit principē: affirmauit se nouas probationes inuenisse. præceptū est suburano ut uacaret finitā causam retractandi si qd noui afferret: traxerat matris Iulius africanus nepos Iulii oratoris: quo audito Passienus Crispus dixit bene me hæredē bene sed qdē tā bene huius nepos iuuenis ingeniosus: sed nō parē callidus: cū multa dixisset adsignatumq; tempus impleisset rogo iquit Suburano permittas mihi unum uersum adicere: tum ego cū omnes me ut diu responsurum intuerent respōdissem: in quā si unū illum uersum Africanus adiecisset in quo nō dubito omnia noua fuisse nō facile me repeto tantū iam ad sensum agēdo similiter nūc & probatū & exceptū est qd p̄ uareno hætenus nō tacui. Cōsules ut polianus postulabat omnia itegra principi seruarent cuius cognitionē suspensus expectet. Nā dies ille nobis pro uareno aut securitatem & oriū dabit: aut intermissum laborem renouata sollicitudine iniūget. Vale.

C. Plinius Saturnino suo Salutem.

Proxime prisco nostro & rursus quia ita iussisti gratias egi libentissime quidem: est enim periucundum quod uiri optimi utriusque amicissimi a deo cohaesistis: ut iuicem uos obligari putetis. Nam ille quoque praecipua se uoluptatem ex amicitia tua capere profiteetur: certatque tecum honestissimo certamine mutuae charitatis: quam ipsum tempus augebit: te negotiis distineri ob hoc moleste fero: quod deseruire studiis non potes: si tamen altera lite per iudicem alteram ut ipse finieris incipies primum istic ocio frui deinde satiatus ad nos reuerti.

C. Plinius Prisco suo Salutem.

Exprimere non possum quam iucundum sit mihi quod saturninus noster summas tibi apud me gratias aliis super alias epistolis agit: perge ut coepisti: uirumque optimum quam familiarissime dilige: magnam uoluptate ex amicitia eius percepturus: nec ad breue tempus: nam cum oibus uirtutibus abundat: tum hac praecipue quod habet maximam in amore constantiam. Vale.

C. Plinius Thufco suo Salutem.

Varis quemadmodum in secessu quo iam diu fueris putem te studere oportere: utile mihi primum & multis praecipue erit uel ex graeco in latinum uel ex latino uertere in graecum: quo genere exercitationis proprietate splendorque uerborum: copia figurarum: uis explicandi: praeterea imitatione optimorum similia inueniendi facultas parat simul quae legentem fefellissent: transferentem fugere non possunt: intelligenti ex hoc & iudicium acquirunt: nihil obfuerit: quae legeris haecenus ut rem argumentumque teneas quasi aemulum scribere: lectisque conferre: ac sedulo pensitare quid: tu quid ille commodius: magna gratulatio nonnulla: tum magnus pudor si cuncta ille melius: licebit interdum & notissima eligere: & certare cum electis. audax haec non tamen improba quia secreta contentio: quanquam multos uidemus eiusmodi

certamina sibi cum multa laude sumpsisse quousque subsequi
fatis habebant: dum non desperat antecessisse: poteris & quae
dixeris post obliuionem retractare: multa retinere: multa transire,
alia inscribere: alia rescribere: laboriosum istud & tedio plenum:
sed difficultate ipsa fructuosum recalescere ex integro: & resumere
impetum fractum omissumque: postremo noua uelut membra
peracto corpori itexere: nec tamen priora turbare: Scio nunc te
esse praecipuum studium orandi: sed non ideo semper pugnacem huc
& quasi bellorum stilum suaserim: ut enim terrae uariis
mutatisque seminibus: ita ingenia nostra nunc hac nunc illac
meditatione recoluntur: uolo interdum aliquam ex historia
locum apprehendas: uolo epistolam diligentius scribas: nam
saepe in oratione quoque non historica modo sed prope poetica
descriptioe necessitas incidit: & pressus sermo purusque
ex epistolis petitur: fas est & carmine remitti: non dico
continuo & longo. Id enim perfici nisi in otio non potest: sed
hoc arguto & breui: qui apte quantalibet occupationes curasque
distringit: lusus uocantur: sed hi lusus non minorem interdum
gloriam quam seria consequuntur: atque adeo (cur enim te ad uersus
non uersibus adhorret) ut laus est cerae mollis cedensque
sequitur: si doctos digitos: iussaque fiat opus. & nunc informet
Martem castam uel Mineruam: nunc Venerem effingat: nunc
ueneris puerum: utque sacri fontes non sola incendia sistunt:
saepe etiam flores uernaque prata lauant: Sic hominum ingenium
flecti: duci que per artes Non rigidas docta mobilitate decet.
Itaque summi oratores summi etiam uiri sic se aut exercebant
aut delectabant: Immo delectabantur exercebantque: Nam mixta est
ut his opusculis animus intendatur remittatur: recipiunt enim
amores: odia: iras: misericordiam: urbanitatem: omnia denique
quae ad uitam: atque etiam in foro causisque uersantur. Inest
his quoque eisdem alia carminibus utilitas quae metri
necessitate deuincti soluta oratione laetamur: & quod
facilius esse comparatio ostendit, libetius

scribimus: habes plura etiam fortasse quam req̄rebas: unū
tamen omisi: non enim dixi quæ legenda arbitrarer: quanq̄
dixi cum dicerem quæ scribenda: tu memineris: sui cuiusq̄
generis auctores diligenter eligere. aiunt enim multū legen-
dum esse: non multa: qui sint hi: adeo notum prouocatuq̄
est: ut demonstratione nō egeat: & alioquin tam immodice
epistola mea tendi ut dum tibi quēadmodū studere debeas
suadeo: studendi tempus abstulerim: quin ergo pugillares
resumis: & aliqd ex his uel istud ipsum quod coepas scribis?

C. Plinius Macrino suo Salutem.

Via ipse cum prima cognoui iungere extrema quasi
auulsa cupio: te quoque existimo uelle de uareno &
bithynis reliqua cognoscere: acta causa hinc apolie-
no: inde magno finitis actionibus: ea ætas neutra inquis p̄
iisdē hora quæreret: erit mihi curæ explorare p̄ uincitiæ uo-
luntatē: multū interim uareno tulit: & enī quā dubium ē:
an merito accusetur quia nomino: accusetur incertū est su-
perest ne rursus prouincitiæ quod damnasse dicitur placeat
agatq̄ pœnitentiā pœnitentiæ suæ. Vale.

C. Plinius Fabato suo Salutem.

Iraris qd' hermes libertus meus hæreditarios agros
quos ego iusseram proscribi non expectata auctiōe
p̄ meo quicunq̄ ex septingentis milibus coreliæ ad-
dixerit: adiicis posse eos nongentis milibus uenire: ac tanto
magis quæris: an quod gessit ratū seruē: ego uero seruo: qui
bus ex causis accipe: cupio enī & tibi probatum & cohære-
dibus meis excusatū esse: quod me ab illis maiore officio se-
cerno: Coreliā cū summa reuerentia diligo: primū ut sororē
Corelii ruffi: cuius mihi memoria sacrosancta est: deinde ut
matri meæ familiarissimā. sunt mihi & cū marito eius fulco
milite optimo uiro uetera iura: fuerunt & cū filio maxima:
adeo quidem ut prætoꝛe me ludis meis præfederit: hæc: cū
proxime istic fui: indicauit mihi cupere se aliqd circa lariū

nostrū possidere: ego illi ex prædiis meis quod uellet & quā
uellet obtuli exceptis paternis maternisque: his enim cedere
ne corelia: quidem possum. Igitur cū obuenisset mihi hære
ditas: in qua prædia ista: scripsi ei uenalia futura. has epistolas
hermes: exigentiq; ut statim portionem meam sibi addice
ret paruit: uides quam ratum habere debeam quā libertus
meus meis moribus gessit: superest ut cohæredes æquo ani
mo ferant separatim me uendidisse quod mihi licuit omīo
uendere: nec uero coguntur imitari meum exemplum: non
enim illis eadem cum corelia iura: possunt ergo intueri uti
litem suam pro qua mihi fuit amicitia. Vale.

C. Plinius Minutio suo Salutem.

libellum formatum a me sicut egeras: quo amicus
tuus immo noster: quid enim non cōmune nobis: si
res posceret uteretur: mihi tibi ideo tardius: ne tempus
emendādi nescio utiq; disperdendi haberes: habebis tamen
an emendandi nescio utiq; disperdendi:
optima quæq; detrahitis: quod si feceris boni consulam. po
stea enim illis ex aliqua occasione ut meis utar & beneficio
fastidii tui ipse laudabor: ut in eo quoq; adnotatum iuenies
& superscriptum aliter explicitum: nam cum suspicarer fu
turum ut tibi tumidius uideretur: quoniam est sonantius &
elatius non alienum existimaui ne te torqueres: addere statim
pressius quiddā & exilius uel potius humiliter & peius: uos
tamen iudicio rectius: cur enim non usquequaque tenuita
tem uestram insequar: exagitem: hæc ut iter istas occupatio
nes aliquid aliquādo rideres: illud serio uideo ut mihi uiati
cū reddas quā impedit operā cursore dimisso ne tu cum hoc
legeris nō partes libelli: sed totum libellum improbabis ne
gabiscq; ullius pretii esse cuius pretium reposceris. Vale.

C. Plinius Feroci suo Salutem.

Adem epistola & non studere & studere significat:
enigmata loquor: ita plane donec distinctius quod

sentio enuntiem: negat enim te studere: sed est tam polita & quæ nisi a studente non potest scribi: aut es tu super omnis beatus si talia per desiderium & otium perficis. Vale.

C. Plinius Coreliæ suæ salutem.

V quidem honestissime quod tam impense & rogas & exigis ut accipi iubeam a te pretium agrorum non ex septingentis milibus quanti illos a liberto meo sed ex nonagētis quanti a publicanis partem uicesimam emisti: inuicem ego & rogo & exigo ut non solum quid te: uerum etiam quid me deceat aspicias: patiarisq; me in hoc uno tibi eodem animo repugnare: quo in omnibus obsequi soleo. Vale.

C. Plinius Saturnino suo Salutem.

Equiris quid agam: quæ nosti: distringor officio: amicis deseruio: studeo interdum quod non interdum: sed solum semperq; facere non audeo dicere rectius certe beatius erat te omnia alia quam quæ uelis agere moleste ferre nisi ea quæ agis essent honestissima: nam & reipublicæ suæ negotiis: & disceptare inter amicos laude dignissimum est: priusci nostri contubernium iucundum mihi futurum sciebam: noueram simplicitatem eius: noueram comitatem: eundem esse quo minus noram gratissimum: experior: quom iucunde officiorum nostrorum meminisse eum scribas. Vale.

C. Plinius Fabato suo Salutem.

Alestrium Tyronem familiarissimum diligo: & priuatis mihi & publicis necessitudinibus implicitum: simul militauimus: simul quaestores Cæsaris fuimus: ille me in tribunatu liberorum iure præcessit: ego illum in prætura sum. cōsecutus cum mihi Cæsar annum remississet: ego in uillas eius sæpe secessi: ille in domo mea sæpe conualuit: hic nunc proconsule prouintiam bethycam per ticinum est petiturus: spero in imo confido facile me impetraturum ex itinere deflectat ad te: si uoles uindicta liberare: quos proxime iter amicos manumisisti: nihil est quod uerearis ne sit hoc illi

molestum: cui orbem terrarum circumire: non erit longum
mea causa: proinde nimis istam uerecundiam pone: teque
quid uelis consule: illi tã iucũdũ quam mihi quod tu iubes:

C. Plinius Celeri suo Salutem.

Va cuiq; ratio recitandi: mihi quod sæpe iã dixit ut
si qui me fugit: ut cur te fugit: admoneat quo magis
miror quod scribis fuisse quosdam qui rephederet:
quod orationes omnino recitarẽ: nisi uero has solas nõ pu-
tant emedãdas a qbus libenter requisieris cur cõcedant: si
cõcedũt tamẽ historiã debere recitari: quæ nõ ostentationis
sed fidei ueritatiq; cõponitur: cur tragœdiam quæ nõ audi-
toriũ sed scenam & actionem: & cur lyrica quæ nõ lectorẽ:
sed chorum & lyram poscunt: at horum recitatio usu iã re-
cepta est: non ergo culpandus est ille qui coeperit: quanquã
orationes quoque & nostri quidem & græci lectitauerunt:
superuacuum tamen est recitare quæ dixeris: est si eadem
omnia: si iisdem omnibus si statim recites: si uero multa in-
feras: multa commutes: si quosdam tuos quosdam eosdem:
sed post tempus assumas: cur minus probabilis sit causa re-
citandi quæ dixeris quã edendi: sed difficile est ut oratio dũ
recitatur satisfaciat: nam hoc ad laborem recitãtis pertinet:
non ad rationẽ non recitandi: nec uero ego dum recito lau-
dari: sed dũ legor cupio: itaq; nullũ emedãdi genus omitto:
ac primũ quem scripsi mecum ipse pertracto: deinde duo-
bus aut tribus lego: mox aliis trado annotanda notasque eo-
rum si dubito cum uno rursus aut cum altero pensito: nõ-
uissime pluribus recito: ac si quid mihi credis acerrime emẽ-
do: nã tanto diligentius quãto sollicitius intendo aurẽ: opti-
me reuerentia: pudor: metus iudicant: idque adeo sic habe:
nonne si locuturus esses cum aliquo quamlibet docto uno:
tamen minus cõmoueris quam cum multis uel idoctis: nec
cum surgis ad agendum tunc maxime tibi ipse diffidis. tunc
commutata non plurima sed omnia cupis: utique si latior

scena & corona diffusior: nā illos quoq; sordidos pullatosq;
reueremur: nonne si prima quæq; improbari putes: debilita
ris & concidis? opinor quia in numero ipso est quoddam
magnum collatumque consilium: quibusq; singulis iudicii
parum: omnibus plurimum: Itaque pomponius secundus
scriptor tragoediarum si quid forte familiarior amicus tol
leret dū ipse retinendū arbitraretur dicere solebat: ad popu
lū puoco: atq; ita ex populi uel silentio uel assensu aut suam
aut amici sententiam sequebatur: tātum ille populo dabat.
recte an secus nihil ad me: ego enim nō populum aduocare:
sed certos electosq; soleo: quos ituear: quibus credam: quos
deniq; etiā quā singulos obseruē: & tāq; nō singulos timeā.
Nā qd. M. Cicero de stilo ego de metu sentio: timor ē emen
dator asperrimus: hoc ipm qd nos recitatuos cogitamus
emēdo: quod 'auditoriū igredimur emēdat: quod pallemus
horrescimus: circunspicimus: emendat: proinde non pœni
tet me cōsuetudinis meæ: quam utilissimam expeior: ideo
que non deterreor sermunculis istorum: ut ultro te rogem
monstres aliquid quod his addam: nihil enī curæ meæ satis
est: cogito quam sit magnum dare aliquid in manus homi
num: nec persuadere mihi possum non & cū multis & sæpe
tractandum quod placere & semp' & omnibus cupias. Vale.

C. Plinius Caninio suo Salutem.

Eliberas mecum quēadmodū pecunia quā munici
pibus nostris in epulū obtulisti post quoq; salua sit:
honestā cōsultatio: nō expedita sentētia: numeres rei
publicæ summā: uerendū est ne dilabatur ad sacros: ut pu
blice negligenter equidem: nihil cōmodius inuenio: quam
quod ipse feci. nam quingentis milibus numum quæ in ali
menta ingenuorū promiserā: agrū ex meis longe pluris acto
ri publico mācipaui: eundē uectigali iposito recepi tricena
milia annua daturus: p hoc enī & reipublicæ fors ī tuto: nec
reditus incertus: & ager ipse propter id uectigali large su

percurrit semper dominum a quo exercetur inueniet: nec ignoro me plus aliquāto quā donasse uideor erogauisse: cū pulcherrimi agri pretiū necessitas uectigalis infregerit: sed oportet priuatis utilitatibus publicas mortalibus æternas anteferre: multosque diligentius muneri suo consulere quā facultatibus. Vale.

C. Plinius Prisco suo Salutem.

Ngit me fannia ualitudo: quam contraxit dudum: affidet iunia uirgini spōte primum: est enim affinis: deinde etiā ex auctoritate pontificū: nā uirgines cū uil morbi atrio uestæ coguntur excedere: matronarum curæ custodiaeq; mandantur: quo munere fannia dum sedulo fugitur: hoc discrimine implicata est: inlidens febris: tussis: ore xis: summa macies: summa defectio: animus tarū & spiritus uiget: heluidio marito: thrasea patre dignissimus: Reliqua labuntur meq; non metu tantum: uerum etiam dolore conficiunt: doleo enim foeminam maximam eripi oculis ciuitatis: nescio an aliquid simile uisurus. quæ castitas illius: quæ sanctitas: Quanta grauitas: quanta constantia: bis maritum secuta in exilium est: tertio ipsa propter maritum relegata: Nam cū senectio reus esset quod de uita Heluidii libros cōposuisset: rogatumq; se a fannia in defensione dixisset: quærente minaciter metio caro an rogasset: respōdit rogauit: an commentarios scripturo dedisset: dedi. an sciente matre: nesciente: postremo nullam uocem cedentem periculo emisit: quin etiam illos ipsos libros quāquā ex necessitate & metu tempore abolitos senatusconsulto publicatis bonis seruauit habuit tulitq; ī exilium exilii causam: eadē quam iucunda: quā comis: quā deniq; quod paucis datū est non minus amabilis q̄ ueneranda erat: ne quā postea uxoribus nostris ostentare possimus: erit a qua uiri quoq; fortitudinis exēpla sumamus: quā si cernentes audientesq; miremur ut illas quæ leguntur: ac mihi domus ipsa nutare cōuulsaq; sedibus suis

ruitura supra uidetur: liceat adhuc posteros habeat: quātis
enī uirtutibus quantiscq; factis assequentur ut hæc nō nouis-
sima occiderit: me qdem illud etiam affigit & torquet qd̄
matrem eius illā: nihil possum illustrius dicere: tātæ foemīæ
matrē rursus uideor amittere: quā hæc ut reddi ac refert nō
bis sic auferat secū meq; & nouo pariter & rescisso uulnere
afficiet. utraq; colui: utraq; dilexi: utram magis nescio: nec
discerni uolebant: habuerūt officia mea ī secūdis: habuerūt
in aduersis: ego solatiū relegataꝝ: ego ultor reuersarum: nō
feci tamen paria: atque eo magis hanc cupio seruari ut mihi
soluendi tēpora supersint: in his erā curis cum scriberem ad
te: quæ si deus aliquis ī gaudiū uerterit: de metu nō querar.

C. Plinius Tacito suo Salutem.

Ibrum tuū legi & quā diligentissime potui annotaui:
quæ cōmutanda quæ eximenda arbitrarer: nā & ego
ueꝝ dicere: assueui: & tu libēter audire: neq; enī ulli
patientius repræhendunt quā qui maxime laudari merēt:
nūc a te librū meū cū annotationibus tuis expecto: o iucū-
das: o pulchras uices: quā me delectat qd̄ si qua posteris cu-
ra nostri: usquequaq; narrabitur: qua cōcordia: simplicitate:
fide uixerimus: erit rarum insigne: duos homines ætate pro-
pemodum æquali nonnullius in litteris nominis: cogor enī
de te quoque parcius dicere: quia de me simul dico: alterū
alterius studia fouisse: Equidem adolescentulus cum iā tua
fama gloriaque floreret: te sequi: tibi longo sed proximis in-
teruallo & esse & haberi concupiscebam: & erant multa cla-
rissima ingenia: sed tu mihi. ita similitudo naturæ ferebat:
maxime imitabilis: maxime imitādus uidebaris: quo magis
gaudeo: quod si quis de studiis sermo unus nominamur qd̄
de te loquentibus statim occurrit: nec desunt qui utrique
nostrum præferantur: Sed non nihil interest mea quo loco
iungimur: nam in hoc primus quia tu proximus: quin etiā
in testamentis debes annotasse nisi qs forte alterutri nostꝝ

amicissimus: quæ omnia huc spectant ut inuicem ardentius diligamus cum tot uinculis nos studia mores fama summa denique hominum iudicia constringant. Vale.

C. Plinius Cornuto suo Salutem.

Areo collega carissime & infirmitati oculoꝝ ut iubes cōsulo: nā & huc tecto uehiculo undiq; inclusus q̄si i cubiculo pueni: & hic nō stilo mō ueꝝ etiā lectationibus difficulter sed abstineo: solisq; auribus studeo: cubicula obductis uelis opaca nec tamē obscura facio: crypto porticus quæq; adoptis inferioribus fenestris tantū umbræ q̄tū luminis hēt: sic paulatī lucē ferre cōdisco: balneū adsumo: q̄a pdest: uinū non nocet parcissime tamen: ita assueui: & nunc custos adhæsi: gallinā ut a te missam libēter accipi: quā satis acribus oculis quāq; adhuc lippus piguissimā uidi.

C. Plinius Falconi suo Salutem.

Inus miraberis me tam instanter petisse ut in amicū meum conferres tribunatum: quom scieris quis ille qualisq; possum autē iam tibi & nomen indicare & describere ipm postq; polliceris. Est cornelius minitianus ornamentū regiōis meæ: sed dignitate: seu moribus natus splendide: abūdat facultatibus: amat studia ut solēt paupes. idē rectissimus iudex: fortissimus aduocatus: fidelissimus amicus: accepisse te beneficiū credes: cū pprius ispexeris hominē: oībus honoribus titulis (nihil uolo elatius d̄ modestissimo uiro dicere) parē.

C. Plinius Fabato suo Salutem.

Audeo quidem esse te tā fortē ut Mediolani occurrere tironi possis: Sed ut perseueres esse tam fortis rogo: ne tibi contra rationem ætatis tantū laboris iungas: quinimo denuncio ut illū & domi & intra domum atq; intra cubiculi limen expectes: etenī cū a me ut frater diligatur: non debet ab eo quem ego parētis loco obsetuo: exigere officium quod parenti suo remisisset. Vale.

C. Plinius Geminio suo Salutem.

Mmidia q̄dratilla paulo minus octogesimo ætatis
anno decessit usq; ad nouissimã ualitudinẽ uiridis:
atq; etiã ultra matronalẽ modũ cõpacto corpe & ro-
busto:decessit honestissimo testamento: reliq; hæredes ex
Besse nepotẽ:ex tertia pte neptẽ:neptẽ pagẽ noui:nepotẽ fa-
miliarissime diligo:adolecentẽ singularẽ: nec iis tãtũ quos
sanguine attingit iter propinquos amãdus: ac primũ conspi-
tuus forma:omnis sermões malignorum & puer & iuuenis
euasit:itra q̄rtũ & uicesimũ annũ maritus:& si dcus annui-
fet:pater:uixit i cõtubernio auiaẽ delicate seuerissime & ta-
mẽ obsequẽtissime.habebat illa pãtomimos fouebatq; effu-
sius q̄ p̄icipi foeminã cõueniret.hos q̄dratus nō i theatro
nō domo spectabat:nec illa exigebat:audi ipsam cũ mihi cõ-
mẽdaret nepotis sui studia solere se ut foemina i otio illo se-
xus laxare animũ lusu calculoꝝ:solere spectare pãtomimos
suos:sed cũ factura eẽt alterutꝝ semp se nepoti suo p̄cepisse
abiret:studeretq;:qđ mihi nō amore eius magis facere quã
reuerẽtia uidebat:miraberis:& ego miratus sum: proximis
sacerdotalibus ludis p̄ductis in cõmissione pantomimis cũ
simul theatro ego & q̄dratus egredieremur ait mihi: scis me
hodie primũ uidisse saltãtẽ auiaẽ meã libertum hoc nepos:
hercule alienissimi hoĩes i honore q̄dratillã:pudet me dixisse
se honorẽ p̄ adulationis officiũ:i theatrũ cursitabant:exulta-
bãt mirabãt:ac deĩde singulos gestus dominaẽ cũ cãticis red-
debãt:q; nunc exiguissima legata theatralis opã corollariũ
accipiet ab hærede:q; nō suspiciebat hæc q̄a soles si qđ inci-
dit noui nō iuitus audire: deinde q̄a iucundũ est in hoc qđ
cepim gaudiũ scribẽdo retractare gaudeo enĩ pietate defun-
ctã:honore optimi iuueĩs:lãtor etiã q; domus aliquãdo.C.
Cassii huius qui cassianã scholã princeps & parens seruiet
domino nō minori:impleuit enĩ illam quadratus meus:&
decedit:rursusq; & pristinã dignitatẽ celebritatẽ gloriã red-
det cũ tãtus orator inde p̄cedet quãtus iuris ille consultus.

C. Plinius Ruffo suo Salutem.

Quantum eruditorum: aut modestia ipsorum: aut
quies operit ac subtrahit famæ: at nos eos tatum di-
cturi aliquid aut lecturi timemus: quod studia sua proferunt:
cum illi qui tacet hos amplius præstet: quod maximè opus
silentio reuerentur: expertus scribo quod scribo: Terentius
iunior equestribus militiis atque etià procuratiõe Narbonè-
sis prouincie integerrime factus recepit se in agros suos: paratisque
honoribus tranquillissimè otium prætulit: hunc ego iuitatus
hospitio ut bonum patrefamilie: ut diligentem agricolam inue-
bar: de his locuturus in quibus illum uersari putabam & coepam:
cum ille me doctissimo sermone reuocauit ad studia: qua teresa
omnia: quam latina: quam græca: Nam tantum utraq; lingua ualeat
ut ea magis uideatur excellere quam maxime loquitur: quantum
ille legit: quantum tenet: Athenis uiuere hominem non in uilla
putes: Quid multa: auxit sollicitudinem meam: effecitque ut illis
quos doctissimos noui non minus hos seductos & quasi ru-
sticos uerear: idem suadeo tibi: sunt enim ut in castris sic etiam in
litteris nostris plures cultu pagano quos cunctos & armatos
& quodam ardentissimo ingenio diligentius scrutatus inuenies. Vale

C. Plinius Maximo suo Salutem.

Vper me cuiusdam amici langor admonuit optimum
esse nos dum infirmi sumus: que enim infirmum aut auaritia
aut libido sollicitat: non amoribus seruit non appetit honores
opes negligit: & contumeliamque ut relicturus satis habet: tunc deos
tunc hominem esse se meminit: inuidet nemini: neminem miratur:
neminem despicit: ac ne sermonibus quodam malignis aut accedit:
aut alitur: balinea imaginatur & fortis. hæc summa curarum:
summa uororum: mollèque in postere & pingue si contingat eua-
dere hoc est innoxiam beatamque destinat uitam. possum ergo quod
plurimis uerbis plurimis etiam uoluminibus philosophi do-
cere conatur: ipse breuiter tibi mihique precipere: ut tales esse sani
preueeremus: quales nos futuros profitemur infirmi. Vale.

C. Plinius Surrae suo Salutem.

T mihi discendi & tibi docendi facultatē otium præbet: Igit̄ per quā uelī scire esse fantasmata: sed habere ppriā figurā numēq; aliquod putes iane: sed uariā ex metu nostro imaginē accipe: ego ut esse credā ī primis eoducor qđ audio accidisse Curtio Ruffo: tenuis adhuc & obscurus optinēti africā comes hæserat: īclinato die spatiabaf̄ in porticu: offerē ei mulieris figura: humana grandior pulchriorq;: perterrito africam se futurorum p̄nūtiā dixit: & uenturum romam: honoresq; gesturū atq; etiā cum summo imperio in eandem p̄nūtiā reuersurū ibiq; moriturū: facta sunt omnia. Præterea accedēti Cartbaginē egrediētīq; naue eadem figura in littore occurrisse narratur. Ipse certe implicitus morbo futura p̄teritis: aduersa secundis auguratus spē salutis nullo suorū desperāte proiecit: lam illud nōne & magis terribile & non minus mirū est: quod exponā ut accepi: erat Athenis spaciofa & capax domus: sed īfamis & pestilēs: p̄ silentiū noctis sonus ferri: & si attenderes acrius: strepitus uinculorū longius primo deīde proximo reddebatur: mox apparebat Idolon senex macie & squalore cōfectus: p̄missa barba: hōrrenti capillo. cruribus cōpedes: manibus catenas gerebat: quatiebatq;: inde inhabitantibus tristes duræq; noctes per metum uigilabantur: uigiliam morbus & crescente formidine mors sequebatur: nam interdū quoq; quanquā abscesserat imago: memoria imaginis oculis ihærebat: longiorq; caulis timoris timor erat: deserta īde & damnata solitudine domus: totaq; illi monstro relicta p̄scribebat̄ tamē si quis cōducere ignarus tāti mali uellet. Venit athenas philosophus athenodorus: legit titulū: auditq; p̄tio q̄a suspecta uilitas: p̄cūctatus oīa docef̄: ac nihilo minus imo tanto magis cōducit: ubi coepit aduersperascere: iubet sterni sibi ī propria domus p̄te: p̄oicit pugillares: stilū: lumē: suos oēs ī īteriora dimittit: ipse ad scribēdū animū: oculos: manū itēdit: ne uacua mens audita simulacra & inanes sibi metus fingeret:

initioq; ubiq; silentiū; deinde cōcuti ferrū: uincula moueri:
ille nō tollere oculos: non remittere stilū: sed offirmare ani-
mū auribusq; prætere: tū crebescere fragor: aduentare
etiā: ut limine iā: ut intra limē audiri: respicit uidet agnoscitq;
narratam sibi effigiē: stabat inuebatq; digito similis uocāri:
hic contra ut paululum expectaret manu significat: rursusq;
ceris & stilo incumbit: illa scribētis capiti catænis insonabat:
respicit rursus idem quod prius inuentē: nec moratus: tollit
lumen & sequitur: ibat illa lento gradu quasi grauis uiculis:
postq; deflexit in aream domus: repente dilapsa deserit comi-
tē: desertus herbas & folia concerpta signum loco ponit: po-
stero die adit magistratus: monet ut illum locum effodi iu-
beant: inueniunt ossa inserta catænis & implicata q̄ corpus æuo
terraq; putrefactū nuda & exese reliquerat uiculis: collecta
publice sepeliūt: domus postea rite cōditis manibus caruit:
& hæc qdē affirmatibus credo: illud affirmare aliis possum:
est libertus mihi nō illiteratus. M. cū hoc minor frater eodē
lecto quiescebat. Is uisus est sibi cernere quendam in thoro
residentem: capiti suo cultros atq; etiā ex ipso uertice ampu-
tantem capillos: ubi illuxit ipse circa uerticem: tonsus capilli
iacentes reperiuntur: exiguum temporis. medium rursus si-
mile aliud priori fidem fecit: puer in pædagio mixtus pluri-
bus dormiebat: uenerūt p fenestras ita narrat in tunicis albis
duo cubantemq; detonderunt: & qua uenerant recesserunt:
hunc quoq; tōsum sparsosq; circa capillos dies ostēdit: nihil
notabile secutū nisi forte qd̄ nō fui reus: si domitianus sub
quo hæc acciderit diutius uixisset: nā in crinē eius datus acer
de me libellus inuentus est: ex quo coniectari potest quia
reis moris est submittere capillum recisos in eorum capillos
depulsis quid imminebat periculi signum fuisse: proinde ro-
go eruditionem tuam intendas: digna res est quam diu mul-
tumque consideres: ego quidem indignus cui copiam scien-
tiæ tuæ facias licet etiam utranq; in partem ut soles disputes

ex altera tamen fortius ne me suspensum incertūq; dimittas cum mihi cōsulendi causa fuerit ut dubitare desinerē. Vale.

C. Plinius Septitio suo salutem.

Is quōdam apud te rephēdisse tanq̄ si amicos meos ex omni occasione ultra modū laudē: agnosco crimē āplector etiā: qd enī honestius culpa benignitatis: q sunt isti qui amicos meos melius norint: quid inuidet mihi felicissimo errorem: ut enim non sint tales: a me p̄dicant: ego tamē beatus: quod mihi uidetur. igitur ad alios hāc sinistram diligentia conferat: nec sunt pagē qui carpere amicos suos iudicium uocant: mihi nunquam psuadebūt ut meos amari a me nimis unquam putem. Vale.

C. Plinius Montano suo salutem.

Idebis: deinde idignaberis si legeris: quod nisi legeris non potes credere: ē uia tyburtina itra primū lapidē proxime annotaui monumētū pallantis ita īscriptū huic senatus ob fidē pietatēq; erga patronos ornāmēta p̄toria decreuit: & sestertiū centies quinquagies cuius honore cōtētus fuit. equidē nunq̄ sum miratus quæ sēpius a fortuna quam iudicio pficiscerentur: maxime tamē hic me titulus admonuit quam essent inimica & inepta quæ īterdū ī cenū ī has sordes adiicerētur: quid deniq; ille furcifer & recipere ausus est & recusare: atq; etiam ut moderationis exemplum posteris p̄deret. Sed qd idignior? Ridere satius ne se magnū aliquit adeptos putent q huc felicitate perueniūt ut rideāt.

C. Plinius Genitori suo salutem.

Orqueor q; discipulū ut scribis optimæ spei amisisti cuius & ualitudie & morte ipedita studia tua qd ne scia: cū sis omniū officioq; obseruatissimus cūq; omēs quos probas effusissime diligas me: huc quoq; urbana negotia p̄secuntur: nō debuit: sūt enī qui me iudicē aut arbitry faciūt accedūt qrelæ rusticorū q auribus meis post lōgū tēpus suo iure abutūt: istat & necessitas agrorū locandorū p̄q̄ molesta

adeo rarum est iuenire idoneos conductores quibus ex causis precario studeo. studeo tamen; nam & scribo aliquid & lego; sed cum lego ex comparatione sentio quam male scribam; licet tu mihi bonum animum facis; qui libellos meos de ultione Heluidii orationi Demosthenis

confers; quam sane cum componerem; illos habui in manibus. non ut æmularer; improbum enim; ac pene furiosum sed tamen imitater. & sequerer tantum ut diuersitas ingeniorum maximi & minimi; aut causæ dissimilitudo pateret. Vale.

C. Plinius Cornuto suo Salutem.

Laudius Pollio amari a te cupit. dignus hoc ipso; quod cupit; deinde quod ipse te diligit; neque enim fere quisquam exigit istud nisi qui facit; uir alioquin rectus integer quietus ac pene ultra modum; si quis tamen ultra modum uerecundus; hunc cum simul militarem; non solum ut comilito inspexi; præerat alæ militari. ego iussus a legato consulari rationes alæ & cohortium excutere; ut magnam quorundam foedamque auaritiam negligentiam parem; ita huius summam integritatem sollicitam diligentiam inueni; postea promotus ad amplissimas procuraciones nulla occasione corruptus ab insito abstinentiæ amore deflexit; nunquam secundis rebus intumuit; nunquam officiorum uarietate continuam laudem humanitatis infregit; eademque firmitate animi laboribus suffecit qua nunc otium patitur; quod quidem paulisper cum magna sua laude intermisit & posuit a Corellio nostro ex liberalitate impatoris neruæ emendis diuidendisque agris adiutor adsumptus; & enim qua gloria dignum est summo uiro in tanta eligendi facultate præcipue placuisse idem quam reuerenter quam fideliter amicos colat multorum supremis iudiciis Musanii Bassi grauissimi ciuis credere potest cuius memoriam tam gratam grata prædicatione progat & extendit; ut librum eius de uita (nam studia quoque sicut alias bonas artes uenerat) ediderit pulchrum; stili uarietate ipsa præbandum; cum plerique hactenus defunctorum meminerit ut

querantur:hunc hominem appetentissimum tu mihi crede
complectere:appræhende:immo & inuita: ac sic ama tâquã
gratiam referas:neq; enim obligandus est in amoris officio
qui prior cœpit. Vale.

C. Plinius Fabato profocero suo Salutem.

Elector iucundum tibi fuisse Tironis mei aduentũ:
quod uero scribis oblata occasione procõsulis pluri
mos manumissos:unice lætor: cupio enĩ patriã om-
nibus quidẽ rebus augeri: maxime tamen ciuiũ numero: id
enĩ oppidis firmissimũ ornãmẽtũ: illud etiã me nõ ut ambi-
tiosum: sed tamen iuuat quod accidisse meq; & gratiarum
actionem ut laude celebratos: est enim Xenophai
utiq; sit emereri putes. Vale.

C. Plinius Tacito suo Salutem.

Vguro nec me fallit augurium historias tuas imor-
tales futuras: quo magis illis ingenue fatebor.: inseri
cupio: nã si esse nobis curæ solet: ut facies nostra ab
optimo quoq; artifice exprimat: non ne debemus optate ut
opibus similis tui scriptor p̄dicatorq; cõtingat: demonstro
ergo quanquã diligentia tuam fugere nõ possum i publicis
actis demonstro tamen quo magis credas iucundũ mihi fu-
turum si factum meum cuius gratia periculo credit suo i ge-
nio: tuo testimonio senectione aduocatũ p̄uincia bethycæ
contra Bebiũ Massam damnato: quam etiã Massa consue-
uerat ut bona eius publice custodiret: senectio cum explo-
rasset consules postulationibus uacatuos conuenit me: &
quasi concordia inquit iniunctam nobis accusationẽ: execu-
ti sumus: ac adeamus cõsules petamusq; ne bona dissipari si-
nant: quorum esse in custodia debent: respondi cum sumus
aduocati senatu dati dispice nã peractas putes partis nostras
senatus cognitione finitas: & ille tu quem uoles tibi termi-
num statues: cui nulla cum prouincia necessitudo nisi ex be-
neficio tuo & hoc recenti: ipse & natus ibi & quæstor in ea

fui: tum ego si fixum tibi istud ac deliberatum: sequar te: ut
si qua ex hoc inuidia nō tua tantum: sequar te: uenimus ad
consules: dicit senectio quæ res ferebat: aliqua subiūgo: uix
dum conticueramus. Et Massa questus senectioem nō ad
uocati fidem: sed inimicitiaē amaritudinem implese: impie
tatis reum postulat: horror omnium: ego autem uereor inq̄
clarissimi consules ne mihi Massa silētio p̄uaricationē obie
cerit quod non me reum postulauit: quæ uox est statim ex
cepta: & postea multo sermone celebrata est. Diuus quidem
nerua iam priuatus quæ attēdebat his grauissimis litteris
nō mihi solū uerū etiam sæculo ē gratulatus: cui exemplū:
lic enim scripsit simile antiquis contigisse: hæc utcūq; se ha
bent: notiora clariora maiora tu facies: quanq̄ non exigo ut
excedat cera modum: nec historia debet egredi ueritatē &
honeste factis ueritas sufficit. Vale.

C. Plinii Nouocomensis epistolarum liber septimus
explicit. Incipit octauus.

C. Plinius Maximo suo Salutem.

Aepe te monui: ut libros quos uel pro te uel in
platum immo & pro te & in illum: ita enim ma
teria cogebat cōposuisti: quamaturissime emit
teres: quod nunc præcipue morte eius audita &
hortor & moneo: quamuis enim legeres multis
legēdosq; dederis: nolo tamen quenq̄ opinari defuncto de
mū inchoatos quos icolumi eo pegisti: salua sit tibi cōstan
tia: erit autē si notū æquis iniquisq; fuerit non post inimici
mortē scribendi tibi natā esse fiducia: sed iā paratā editionē
morte præuentam: simul uitabis illud

Nam quod de uiuente scriptū est ī defunctū
quoq; tanquā uiuentem adhuc editur. Statim igitur si quid

aliud in manibus differere: interim hoc perfice: quod nobis quod legimus olim absolutum uideatur sed iam uideat & tibi cuius cunctationem nec res ipsa desiderat & temporis ratio percidit.

C. Plinius Sabino suo Salutem.

Acis iucunde quod non solum plurimas epistolas meas: uerum etiam longissimas flagitas: in quibus parcior fui: partim quia tuas occupationes noui: partim quia ipse multum distringebat: plerumque frigidis negotiis: quae plerumque & auocant animum & comminuunt: propterea nec materia plura scribendi datur: neque enim eadem nostra conditio quae M. Tullii ad cuius exemplum uocas: illi & copiosissimum ingenium: & ingenio quae uarietas rege: quae magnitudo largissime suppetebat: nos quam angustis terminis cludamur: etiam tacente me perspicis: nisi forte uolumus scholasticas: atque ut ita dicam uebraticas litteras mittere: sed nihil minus aptum arbitramur cum armaturam cum castra denique cornua Tubas sudorem pulueres soles cogitamus: habes ut puto iustam excusationem: quam tamen dubito an tibi probari uelim: Erat enim summi amoris negare ueniam breuibus epistolis amicorum quamuis scias illis consistere rationem. Vale.

C. Plinius Caluisio suo Salutem.

Mne hoc tempus inter pugillares ac libellos iucundum quiete transmisi: quemadmodum inquis in urbe potuisti? Circenses erant quo genere spectaculi ne leuissime quidem teneor: Nihil nouum: nihil uarium: nihil quod non semel spectasse sufficiat: quo magis miror tot milia uiroque tam pueriliter identidem currentis equos insistentis curribus homines uidere: Si tamen uelocitate equorum aut hominum arte traherentur: esset ratio nonnulla: nunc fauent panno panem amant: & si in ipso cursu non mediocri certamine. hic color illuc: ille huc transferatur: studium fauorque transibit: & repente agitatores illos equos illos quos procul noscitant: quorum clamitant nomina relinquet: tanta gratia: tanta auctoritas in una uilissima tunica: mitto apud uulgus quod uilius tunicas: & apud quosdam

graues homines; quos ego cū recordor ī re inani frigida assi
dua tā īfatiabiliter desiderere: capio aliquā uoluptatem: quod
hac uoluptate nō capiar: ac p hos dies libētissime otium meū
ī litteris colloco quos alii otiosissimis occupatiōibus pdūt.

C. Plinius Romano suo Salutem dicit.

Edificare te scribis: bene ē īueni patrociniū: ædifico
enī iam ratiōe: quia tecum hoc quoq; nō dissimulo
qd' ad mare tu: ego ad larium lacū: huius ī litore plu
res meæ uillæ sed duæ ut maxime delectāt: ita exercēt: alte
ra īposita saxis more baiano lacū prospicit: altera neq; more
baiano lacū tāgit: itaq; illam tragoediā: hanc appellare comoe
diā soleo: illam quod quasi cothurnis: hanc quod quasi foccu
lis sustinetur: sua utriq; amœnitas: & utrinq; possidentis ipa
diuersitate iucundior: hanc lacu propius: illa latus utitur:
hanc illū unum molli curuamine amplectitur: illæ ditissimo
dorso diripiunt: illic retia gestatio longo limite super litus
extendit: illa fluctus non sentit: hanc frāgit ex illa possis des
picere piscātis: ex hac ipa piscari hamūq; e cubiculo: ac pene
etiā lectulo ut e nauicula iacere: hanc mihi causæ utriq; quæ
desint abstruendi ob ea quæ supsunt & si quid ego rationē
tibi apud quem pro ratione erit idem facere. Vale.

C. Plinius Coloni suo Salutem dicit.

Nice probo: quod pōpeiū quintianū morte tā dolen
ter adficeris: ut amissi caritatē desiderio extēdas: nō
ut pleriq; q tātū uiuētis amat: seu potius amare se si
mulāt: qd est nisi quod florētis uident: nā miserorū nō secus
ac defūctorū obliuiscūt: at tibi perennis fides tātaq; ī amore
cōstātia. ut finire. nisi tua morte nō possit: & hercule is fuit
quintianus quē diligere licebat ipius exēplo: felices amabat:
miseros tuebat: desiderabat amissos. iā illa quāta probitas ī
ore: quāta ī sermone cunctatio: quā pari libra grauitas comi
tasq; quod studiū litterarū: q pietate cū dissimillimo parēte
uiuebat: quam non obstabat illi quo minus uir optimus ui

deretur quod erat optimus filius : sed quid dolorem tuum exulcero. quanquã sic amasti uiuẽtem : ut hoc potius quam de illo fileri uelis; a me præsertim cuius prædicatione putas uitam eius ornari; memoriam prorogari; ipsamq; illam qua est raptus ætatem posse restitui. Vale.

C. Plinius Iuniori suo Salutem dicit.

Astigabat qdam filium suũ quod paulo sũptuosius equos & canes emerit; huic ego iuvene digresso: heus tu nũq̃ ne fecisti? quod a patre corripì posset? fecisti dico nõ interdũ facis quod filius tuus; si repẽte pater ille tu filius pari grauitate reprehẽdas; non oẽs homines aliquo errore ducuntur; non hic in illo sibi; in hoc alius indulget? hæc tibi admonitus imodicae seueritatis exẽplo more tuo scripsi ne quãdo tu quoq; filiũ tuũ durius acerbiusque tractares; cogita & illũ puegẽ esse; & te fuisse; atque ita quod es pater utere ut memineris te hominẽ esse & hois patrem.

C. Plinius Genitori suo Salutem.

Ecepi litteras tuas quibus quereris tedio tibi fuisse quãuis lautissimam coenã; qã scurræ cinædi moriones mensis ierrabant; uis tu remittere aliquid ex rugis; siquidẽ nihil tale habeo; habẽtis tamẽ fero; cur ego nõ habeo? quia nequaquã me ut iexpectatũ festiuũ ue delectat; si qd molle a cinædo; petulans a scurra; stultum a moriõe proferẽ; nõ rationẽ sed stomachũ tibi narro; Atq; adeo quã multos putas esse quos ea qbus capimur & ducimur partim ut inepta partim ut molestissima offendãt; quam multi cũ lector aut lyristes aut comoedus iductus ẽ; calceos poscũt; aut nõ minore cũ tedio cubãt quã tu ista (sic enĩ appellas) prodigia perpestus es; demus igitur alienis oblectationibus ueniã; ut nostris impetremus. Vale.

C. Plinius Sabiniano suo Salutem dicit.

Ibertus tuus; cui succensere te dixeras uenit ad me; aduolutusq; pedibus meis tanquã tuis hæsit. fleuit:

multū rogauit: multum etiam tacuit: in summa fecit mihi
pœnitentiæ fidē: uere credo emendatū: quia deliquisse se scē
tit: irasceris scio: & irasceris merito: idq; scio: sed tunc quoq;
præcipua mansuetudinis laus: cū iræ causæ iustissime sunt:
amasti hominem & spero amabis: Interim sufficit ut exora-
ri te sinas: licebit rursus irasci si meruerit: quod exoratus ex-
cusatius facies: remitte aliquid adolescentiæ ipsius: remitte
lachrymis: remitte indulgentiæ: ne torseris: & iā ne torquea-
ris: cum tam lenis irasceris uere or ne uidear non rogare si
cogeris: ipse precibus eius meas iunxero: iungam tamē tātō
plenius & effusius: quanto ipsum acrius seueriusq; corripui
detricte minatus nunquā me postea rogatur: hoc illi quē
terreri oportebat tibi non idē: nā fortasse: iterum rogabo:
iterū ipetrabo sit modo tale ut rogare: & ut p̄stare deceat.

C. Plinius Sabiniano suo salutem dicit.

Enefecisti quod libertū aliquādo tibi carū reducēti
bus epistolis meis ī domū ī animū recepisti: iuuabit
hoc te: me certe iuuat: primū qđ te tam tractabilem uideo:
ut ī ira regi possis: deīde qđ tantū mihi tribuis: ut uel aucto-
ritati meæ pareas: uel p̄cibus īdulgeas: igitur & laudo & gra-
tias ago: simul in posterū moneo ut te erroribus tuorum &
si nō fuerit qui deprecetur: placabilem præstes. Vale.

C. Plinius Mamiliano suo salutem dicit.

Vereris de turba castrensiū negotiorum & tāquā
summo otio perfruare: lusus & iēptias nostras legis
amas flagitas: meq; ad similia cōdenda nō mediocri-
ter īcitas: Incipio ex hoc genere studiorum nō solū oblecta-
tionē uerū etiam gloriā petere: post iudiciū tuum uiri eru-
ditissimi grauissimi: ac super ista uerissimi: nunc me rerum
actus modice sed ramen dstringit: quo finito aliquid earū-
dem camœnarum in istum eundem benignissimum Sinum
mittam: tu passerulis & columbulis nostris inter aquilas
uestras dabis pennas si tamen & sibi placebunt si tantū sibi

continendos cauea nido ue curabis. Vale.

C. Plinius Ceminio suo Salutem.

Audas mihi & frequenter p̄sens : & nunc p̄ epistolas nuntiū tuum quod sit liberalis tribuere patriæ p̄p̄i quis affinibus amicis: sed tamen iis dico pauperibus: nō ut istis q̄ iis maxime possunt: hos ego uisc̄itis hamatisq̄ muneribus: nō sua pro me reputo: sed aliena corripere: sunt ingenii simillimi: qui quod huic donāt auferunt illi: famāq̄ liberalitatis auaritia petunt: primum est autem suo esse cōtentum: deinde quos p̄cipue scias indigere: sustentantem fouentemq̄ orbe quodā sotialitatis ambire: quæ cuncta si facit iste: usquequaque laudandus ē: si unum aliquid: minus quidem: laudandus tamen : tam parum est etiā imperfectæ liberalitatis exempli: tam eximia tenet homines habēdi cupidō: ut possideri magis quam possidere uideantur. Vale.

C. Plinius Sardo suo Salutem.

Ostquam a te recessi non minus tecum : quam cum ad te fui: legi enim librum tuum identidem repetens ea maxime (nō enim metiar) quæ de me scripsisti: in q̄bus quidē percopiosus fuisti: quam multa: quā uarie: quam non eadem de eodem iugo: tamē diuersa dixisti: laudem pariter & gratias agam: neutrum satis possum : & si possem timerem ne arrogans esset ob ea laudi dare tibi ob quæ gratias agere: unum illud addam: omnia mihi tanto: laudabiliora uisa: q̄nto hic iucundiora: quāto laudabiliora erant. Vale

C. Plinius Titiano suo Salutem.

Vid agis: qd̄ agis: sectantibus uitā iucundissimā idest otiosissimā: quo fit ut scribere lōgiores epistolas non lim: legere illud tanq̄ delicatus : hoc tanquā otiosus: Nihil est enī aut pigrius delicatis: aut curiosius: otiosis. Vale

C. Plinius Paulino suo Salutem.

Lius aliud: ego beatissimū existio q̄ bonæ māsuraq̄ famæ p̄sumptione p̄frui: certusq̄ posteritatis cū

futura gloria uiuit ac nihil nisi primū æternitatis ante oculos pingue illud altumq; otium placeat; hæc enī oēs homines arbitror oportere aut immortalitatē suam aut mortalitatē cogitare: & illos quidem contendere: hos quiescere: non remitti: nec breuem uitā caducis laboribus fatigare: ut uideo multos misera simul & ingrata imagine idultriæ ad utilitatē sui peruenire: hæc ego tanquam quæ quotidie mecum ut dī finam mecum si dissenties ut qui semper clarum aliquid & immortale meditetur. Vale.

C. Plinius Macrino suo Salutem.

Ererer ne immodicā orationem putares quam cum hac epistola accipies: nisi esset generis eius: ut sæpe dī sinere uideat: nā singulis criminibus singulæ uelut causæ cōtinent: poteris ergo ut coepis ubicūq; desieris quæ deinceps sequentur: & quasi incipiētia legere & quasi coherentia: meque in uniuersitate longissimum breuissimum in partibus iudicare. Vale.

C. Plinius Tironi suo Salutem.

Gregie facis inquire enī & perseuera q; iustitiā tuam p̄tialibus multa humanitate cōmēdas: cuius p̄cipua pars ē honestissimū quēq; complecti atq; ita a minoribus amari: ut simul a p̄cipibus diligere: pleriq; aut dū uerēt ut gratiæ potētū ipartiri uideat: sinisteritatis atq; etiā malignitatis famā cōsequūt: a quo uitio tu lōge recessisti scio: sed tēperare mihi nō possum: quo minus laudē simili monenti: quod eū modum tenes: ut discrimina ordinum dignitatumque custodias: quæ si confusa & permixta sunt: nihil est æqualitate ipsa inæqualius. Vale.

C. Plinius Auguri suo Salutem.

I laudatus a te laudare te coepo: uereor ne nō tā proferre iudiciū meū q̄ referre gratiā uidear: sed licet uidear: oīa scripta tua pulcherrīa existio: maxie tamen illa: qd nobis accidit hoc una eadēq; de cānā & quæ dī amicis optiq;

scribis: & ego de me quæ ut puto optima lego. Vale.

C. Plinius Tacito suo Salutem.

Vpio præceptis tuis parere: sed aprorū tanta penuria est: ut mineruæ & dianæ quas ais pariter colēdas cōuenire nō possit: Itaq; mineruæ tantū seruiēdū ē: delicate tamen ut in secessu & æstate in uia plane nōnulla leuiores statimq; delenda a garrulitate qua sermones uehiculo ferunt extendi: his quædam addidi ī uilla cum aliud non liberet: itaq; poemata quiescunt: quæ tu īter nemora & lucos cōmodissime perfici putas: oratiunculam unam alteram retractaui: quanq; & genus operis & ī fama uile & amcenū magisq; laboribus ruris quam uoluptatibus simile. Vale.

C. Plinius Gemino suo Salutem.

Pistolam tuam iucundissime recepi eo maxime qd̄ aliquid ad te scribi uolebas quod libris inseri possit: obueniat materia uel hæc ipsa quā monstras: uel potiora alia: sunt enī offendicula nō nulla: circūfero oculos & occurrēt: Bibliopolas Iugduni esse nō putabā: ac tanto libentius ex tuis litteris cognoui uindicari libellos meos qui per egre manere gratiā quā in urbe legerint: incipio enī satis absolutū existimare d̄ quo tāta diuersitate regionum discreta hominum iudicia dissentiunt. Vale.

C. Plinius Quadrato suo Salutem.

Vanto studiosius intentiusq; legisti libros: quos de Heluidii ultione composui: tanto īpenius postulas ut p̄scribam tibi quæq; extra libros: quæq; circa libro Domitiano statui mecū ac deliberaui: esse magnam pulchramq; materiam: insectandi nocentes: miseros uindicandi: se proferendi: porro inter multa scelera multorum nullum atrocius uidebatur: quam quod ī senatu senator senatori: prætorius consulari reo: Iudex manus intulisset: fuerat alioquin mihi cum Heluidio amicitia: quāta potuerat eē cū

eo qui metu temporū nomen īgens paresq; uirtutes secessu
tegebat. fuerat cum Arria & Fannia: quarum altera Helui-
dio nouerca: altera mater nouercæ: sed ita me iura priuata
ut publicū fas & īdignitas facti & exempli ratio īcitabat: ac
primum quidem diebus redditæ libertatis p se qsq; inimi-
cos suos duntaxat minores incōdito turbidoq; clamore po-
stulauerat simul & oppresserat: ego & Modestius & cōstan-
tius arbitratus īmanissimum reum nō communi temporū
inuidia: sed proprio crimine urgere: cum iam satis ille pri-
mus īpetus deferuisset: & languidior ī dies ira ad iusticiā re-
disset: quāq; tum maxime tristis amissa nuper uxore mitto:
ante iam hæc nupta Heluidio fuerat: rogo ut ueniat: q̄a me
recens adhuc luctus limine contineret: ut uenit destinatum
est inquam mihi maritum tuum non inultum pati: nuncia
Arriæ & Fanniæ absētibus: ascripto facto ī quo ego comite
non egeo: sed nō tam gloriæ meæ fauerim: ut uobis sotieta-
tis ius inuideam: perfer tanta mandata: nec illæ morantur:
opportune senatus ītra diem tertium: omnia semper ego ad
Corelium rettuli: quem prudētissimum ætatisq; nostræ sa-
pientissimum cognoui: in hoc tamen cōtentus cōsilio meo
fui ueritus hebetaret: erat enim cunctatior cautiorq;: sed nō
sustinui induceret in animum quo minus illi eadē die factu-
rum me: quod an facerem non deliberabā: expertus usu de
eo quod destinaueris non esse cōsulēdos quibus cōsultis ob-
sequi debes: uenio in senatū: ius dicendi peto: dico paulisper
maximo assensu: ubi coepi crimen attigere: reum destinare:
adhuc tamen sine noīe undiq; mihi reclamari: alius scimus
quid sit de quo extra ordinem referas: alius quis ē ante rela-
tionem reus: alius salui sumus qui supersumus: audio inter-
turbatus interritus: tantum susceptæ rei honestas ualet: tan-
tumq; ad fidutiam uel metum differt nolint homīes qd̄ fa-
cias an non probent: longum est omnia quæ tunc hinc inde
iacta sunt recensere: nouissime consul secundæ sententiæ

loco dies si quid uolueris: permiseras inquam: quod usque
adhuc omnibus permisisti: relido: aguntur alia interim me
quidam ex consularibus amicis secreto curatoque sermoni quasi
nimis fortiter incauteque progressum corripit: reuocat: mo-
net: ut desistam: adiicit etiam: notabilem te futuris princi-
pibus fecisti: est inquam dum malis: uix ille discesserat: rur-
sus alter quid audes: quo ruis: quibus te periculis obiicis:
quid praesentibus confidis incertus futurorum: laceassis homi-
nem iam praefectum aerarii & breui consulem: praeterea qua
gratia: quibus amicitias fultum: nominat quendam qui tum
ad orientem amplissimum exercitum non sine magnis dubiisque
sermonibus obtinebat: ad haec ego omnia percepi: Atque ani-
mo mecum ante peregi: nec recusato: si ita casus attulerit: Lue-
re poenas ad honestissimum factum dum flagitiosissimum ul-
ciscor: iam censendi tempus dicit Domitius Appollinaris
quos designatus dici Fabritius ueneto Fabius Postumius ue-
ctius proculus collega publicii certi de quo agebas: uxoris
autem meae quam amiseram uitricus: Post hos ammius flac-
cus: omnis certum nondum a me nominatum defendunt:
crimenque quasi in medium relictum defensione suscipiunt: qui
praeterea dixerint non est: necesse narrare in libris habes. su-
enim cuncta ipsorum uerbis persecutus: dicunt contra Au-
dium Quietum Cornutum Tertullum: Iniquissimum esse que-
relas dolentium excludi: ideoque Arriae & Fanniae ius querendi
non auferendum: nec interesse cuius ordinis quis sit. Sed qui
causam habeat: Cornutus datum se a consulibus tutorem He-
luidii filiae petentibus matre eius & uitrico: nunc quoque non
sustinere deserere officii sui partis: In quo tamen ei suo dolori
modum imponere: & optimarum foeminarum perferre
modestissimum affectum quas ceteras esse admonere Sena-
tum publicii certi cruetae adulationis & petere si poena flagitii
manifestissimi remittatur: nota certo quasi censoria inuras:
tum Satrius Ruffus medio ambiguoque sermone puto igit

iniuriã factã Publico certo si nō absoluitur: nomiatuſ ē ab
amicis Arriã & Fanniã: nomiatuſ ab amicis: nec debemus
ſolliciti eſſe: idē & nos qui bene ſentimus de homine iudi-
caturi ſumus ſi innocens eſt: ſicut & ſpero & malo: & donec
aliquid p̄batur credo poteritis abſoluere: hoc illi quo q̄ſq̄
ordine citabantur, uenitur ad me: conſurgo: uxor initio: q̄
in libro eſt: reſpondeo ſingulis: mirum qua intentione: qui-
bus clamoribus omnia exceperint: qui modo reclamabant:
tanta conuerſio uel negotii dignitatem: uel prouentū ora-
tionis: uel actoris conſtantiã ſubſecuta eſt: ſinio: incepit re-
ſpondere ueientro nemo patitur: obturbatur: obſtrepitur:
adeo quidem ut diceret rogo P.C. ne me cogatis implorare
auxilium tribunorum: & ſtatim Muræna tribunus p̄mitto
tibi Fabriti ueiēto dicere: tum quoque reclamatur: iter mo-
ras cōſul citatis nominibus & parata diſſenſiōe mittit ſena-
tum ac pene adhuc ſtanteſ tentantēque dicere ueientonē
relinquit: multum ille de hac: ita uocabat: contumelia que-
ſtuſ eſt homerico uerſu : non
fere quiſquam in ſenatu fuit: qui me non complecteretur:
exoſcularetur: certatimq̄ laude cumularer: quod intermiſ-
ſum tamdiu morem in publicum cōſulēdi ſuſceptis p̄priis
ſimulatibus reduxiſſem: quod deniq̄ ſenatum inuidia libe-
raſſem: qua flagrabat apud ordines alios: quod ſeueruſ ī cæ-
teros ſenatoribus ſolis diſſimulariōe quaſi mutus parceret:
hæc acta ſunt abſente certo: fuit enim ſeu tale aliqd ſuſpica-
tuſ: ſiue ut excuſabatur infirmuſ: & relatiōis quidem de eo
Cæſar adſit: optinui tamen quod intenderam: nam collega
certi conſulatum: ſucceſſorem certuſ accepit: planeq̄ factū
eſt quod dixeram in ſine: reddat premium ſub optimo prin-
cipe qđ a peſſimo accepit: poſtea actionē meã utcūq̄ potui
recollegi: addidi multa: accidit fortuitū: ſed nō tanq̄ fortui-
tuſ: quod deditis libris certuſ ītra pauciſſimos dieſ īplici-
tuſ morbo deceſſit: audiui referētis hanc imaginem mentis

eius: hanc oculis inesse tāquam uideret Heluidiū respōdere mihi: uera ne hęc affirmare nō aulim: interest tamē exēpli ut uera uideantur: habes epistolā: si modo epistola cogitas libros quos legisti non minorem: sed imputabis tibi q̄ contentus libris non fuisti. Vale.

C. Plinius Tacito suo Salutem.

Ec ipse tibi plaudis: & ego nihil magis ex fide quā de te scribo: posteris an aliqua cura neicio nos certe memur ut sit aliqua nō dico & labore & reuerētia posterorū: p̄gamus modo itinere instituto: qđ ut paucos ī lucē famāq; prouexit: ita multos & tenebris & silentio protulit. Vale.

C. Plinius Falconi suo salutem.

Efugerā ī thuscōs ut omnia ad arbitriū meū facerē: at hoc ne ī thuscis quidē tā multis undiq; rusticorū libellis & tā querulis īquietor: quos aliquāto magis iuitus q̄ meos lego: nā & meos iuitus: retracto enī actiunculas q̄sdā: quod post ītercapedinē tēporis & frigidū & acerbū ē: rōnes quasi absente negligunt: interdū tamē equū cōscēdo: & patrē familiæ haētenus ago. quod aliquā partē prædiorū sed p̄ gestatione percurro: tu consuetudinem serua nobisq; sic rusticis urbana acta perscribe. Vale.

C. Plinius Sabino suo salutem.

Va intentione: quo studio: qua deniq; memoria legeres libellos meos epistola tua ostendit: ipse igit̄ exhibes negotiū tibi q̄ deligis: & nutas ut q̄ plurima cōmunicare tecū uellim: faciam p̄ partes tamen & quasi digesta: ne iā ip̄am memoriā: cui gratias ago assiduitate & copia turbē: oneratamq; & quasi oppressam cogā pluribus sigula: posterioribus priora dimittere.

C. Plinius Rufoni suo salutem.

Ignificas legisse te in quadam epistola mea iussisse Verginum Ruffum inscribi sepulchro suo: hic situs est ruffus pulso qui uindice quondam Imperium asseruit

non sibi sed patriæ:repræhēdis quod iusserit: addis etiā me-
lius rectiusq; frontinum quod uetuerit omnino monumē-
tū sibi fieri: meq; ad extremū quid de utroq; sentiam con-
sulis: utrūq; dilexi: miratus sum magis q̄ tu repræhēdis atq;
miraris ut nō putarē satis unq; posse laudari cuius nūc mihi
subeunda defensio est: omnes ego qui magnum aliquid me-
morandumque fecerunt non modo uenia: uerū etiā laude
dignissimos iudico: si ī mortalitatem quam meruere sectā-
Victurique nominis famam supremis etiā titulis prorogare
nituntur: nec facile quenq; nisi uerginium iuenio: cuius tāta
in prædicando uerecundia: quanta gloria ex facto: ipse sū te
stis familiariter ab eo dilectus p̄batusq;: semel omnino me
audiente prouectum ut de rebus suis hoc unum referre ita
secum aliquādo eluuium locutū: scis uergini quæ historiæ
fides debeat: proinde si quid ī historiis meis legis aliter ac
uelles rogo ignoscas: ad hæc tu o eluui: eluui: o elui: nec tu
ignoras ideo me fecisse quod feci ut eēt liberum nobis scri-
bere quæ libuisset: age dum hunc ipsum frontinū ī hoc ipso
in quo patior tibi uidetur & pressior comparemus: uenit ex
trui monumentum: sed quibus uerbis īpenſa monumenti
supuacua est: memoria nostri durabit si uitam meruimus:
an restrictius arbitraris per orbem terrarum legendū dare
duraturam memoriam suam: quam uno ī loco duobus uer-
siculis signare: quod feceris: quanq; non habeo p̄positū illū
rephendendi sed hunc tuendi: cuiusq; potest apud te iustior
esse defensio quam ex collatione eius quem prætulisti: meo
quidem iudicio neuter quidem culpandus: quorum uterq;
ad gloriam pari cupiditate diuerso itinere cōtendit alter: dū
expetit debitos titulos: alter mauult uideri cōtēpsisse. Vale.

C. Plinius Venatori suo salutem.

Va uerò epistola tanto mihi iucundior fuit: quanto
longior erat: præsertim cum de libellis meis tota lo-
queretur: quos tibi uoluptati esse non miror: cum omnia

nostra perinde ac nos ames: ipse tum maxime uidebas gra-
ciles quidem: uberores tamen quam expectaueram colligo: si
colligere est non unquam decerpere uam: torculum iuifere: gu-
stare: de lacu mustum obrepere urbanus qui nunc rusticis
praesunt meque notariis & lectoribus reliquerunt. Vale.

C. Plinius Seuero suo Salutem.

Agna me sollicitudine affecit passieni Pauli ualitudo:
& quidem plurimis iustissimisque de causis: uir est opti-
mus: nostri amatissimus, honestissimus: praeterea in lit-
teris ueteres aemulationes exprimit, reddit proPERTIUM in primis
a quo genus ducit: uera soboles: eoque simillima illi in quo ille
praecipuus: Elegos eius in manum sumpseris leges opus ter-
sum: molle: iucundum, & plane in Propertium: idque optime
scriptum: nuper ad Lyrica deflexit in quibus ita Horatium ut
in illis illum alterum effingi putes: si quid in studiis cognatio
ualet: & huius propinque magna uarietas: magna mollitas:
amat ut qui uerissime dolet: ut qui impatientissime laudat: ut
qui benignissime ludit: ut qui facetissime omnia denique tamquam
singula absoluit: ego pro hoc amico: pro hoc ingenio: non mi-
nus aeger animo quam corpore: illum tandem ad me recepi:
gratulare etiam litteris ipsis quae ex periculo eius tantum di-
scrimen adiere quantum ex salute gloriae consequent. Vale.

C. Plinius Maximo suo Salutem.

Requenter agenti mihi euenit ut centumuirum: Cum
diu se intra iudicium auctoritate grauitateque tenuisset:
omnia repente quasi uicti coactique consurgerent laudaretque
frequenter: e senatu famam quale maxime optaueram: retu-
tuli: nunquam tamen maiorem cepi uoluptatem quam nup-
ex sermone Cornelii taciti: narrabat sedisse circensibus proxi-
mis equi ro. hunc post uarios eruditosque sermones requisisse.
italicus es an prouincialis: se respondisse nosti me? & quidem
ex studiis: ad hoc illum Tacitus an Plinius? exprimere non pos-
sum quam sit iucundum mihi quod nomina nostra quasi

litterarum propria non hominum litteris redduntur quod
uterque nostrum his etiā ex studiis notus quibus alter igno-
tus est: accidit aliud āte paucos dies simile: recūbebat mecū
uir egregius Fabius Ruffinus super eum municeps ipsius q̄
illo die primum uenerat ī urbem Ruffinus demonstrās me:
uides hunc: multa deinde de studiis nostris: & ille plinius ē
inquit uerum fatebor capio magnum mei laboris fructum
an si Demosthenes iure lætatus est qđ illū manus attica ita
nos citauit : ego celebritate nominis
mei gaudere non debeo: Ego uero & gaudeo & gaudere me
dico: neq; enim uereor ne iactātor uidear cum de me aliogē
iudicium nō meum præferro: præsertim apud te qui neq; ul-
lius inuides laudibus & faues nostris, Vale.

C. Plinius Luperco suo Salutem.

Ixi de quodā oratore sæculi nostri recto quidem &
sano: sed parum grādi & ornato ut opinor apte: nihil
peccat: nisi quod nihil peccat: debet enī orator erigi:
attoli: interdū etiā efferuescere: efferri: aut sæpe accedere ad
preces: nam plerumq; altis & excelsis adiacent abrupta: tu-
tius per plana sed humilius & depressius: item frequentior
currentibus q̄ reptantibus lapsus & his nō labētibus nulla
illis: nonnulla uis etiā si labantur: nam ut quædam artis: ita
eloquentiā nihil magis quam ancipitia cōmendant: uides q̄
fune in summa nitunt̄ quātos soleant excitare clamores cū
iā iamq; casuri: sunt enī maxima mirabilia quæ maxime ex-
pectata maxime periculosa ut quæ græce magis exprimunt
ideo ne qua cōpar gubernatoris ē uirtus
cū placido aut cōturbato mari uehit: tunc laudante nullo il-
laudatus inglorius: subit portū: at cū stridunt funes: turbat
arbor: gubernacula gemunt: tunc ille clarus: & diis maris
proximus: cur hæc: quia uisus est mihi ī scriptis meis anno-
tasse quædā ut timida: quædā ut sublimia: aut improba audiē-
ti: aut nimia quæ ego plena arbitrabar: plurimū autē referē

reprehendenda annotes: an insignia: omnis enī aduertit qđ
eminet & extat: sed acri intentione iudicandū ē imodicū sit
an grande: altum an enorme atq; ut homerum potissimum
attingam quē tantundē alterutrā in partem potest fugere.

& totum illud.

Sed opus ē examine: incredibilia sunt hæc & imania ac
magnifica: cælestia: nec nunc ego mei similia aut dixisse aut
posse dicere puto nō ita isanio: sed hoc itelligi nolo: laxados
esse eloquētiae frænos: nec angutissimo gyro igenioꝝ ipe-
tus refringēdos: At enī alia cōditio oratoꝝ: alia poetaꝝ. q̄si
uero. M. Tullius minus audeat: quanq̄ hūc omitto neq; enī
ambigi puto. Sed Demosthenes ipse ille norma oratoris &
regula non se cohibet cū primum cum dicit illa notissima
& rursus

iam quid audiētibus illo pulcherrimo excessu
quid hæc breuiora superioribus sed audacia paria:
ex eadem nota

Simile his

Et ibidem

Et dixerat

& deinceps

Nec satis

adhuc

Et mille talia ut prætereā quæ ab æschine
uocant: in cōtrariū incidi dicens huc quoq; ab
m

ista culparis: Sed uide quāto maior sit q̄ rephēdit̄ ip̄o repræ
hēdēte: & maior ob hęc: ī aliis enī uis: ī his grāditas eius elu
cet. Nū aut̄ æschines ipse iis q̄ ī Demosthenē carpebat absti
nuit?

Iterum alio

quod adeo probauit ut repetat.

iam illa commodius pressiusq̄

& alia

Expecto ut quædā ex hac epistola ut illud gu
bernacula gemūt & diis maris proximus: iisdē notis quibus
ea de quibus scribo cōfodias. Intellego enī me dū ueniā pri
oribus peto ī illa ipsa q̄ annotaueras icidisse. Sed cōfodias li
cet dūmō iā nūc destines diē quo & de illis & d̄ his corā exi
gere possimus: Aut enī tu me timidū: aut ego te temerariū
faciā.

C. Plinius Laterano suo Salutem.

Vanta potestas: quanta dignitas: quanta maiestas: q̄
tum deniq̄ numē sit historiæ cū frequenter alias: tū
pxime sensi: recitauerat qdā uerissimū libꝛe: partēq̄
ētus ī aliū diē reueruauerat. ecce amici cuiusdam orantis ob
secrantisq̄ ne reliqua recitaret: tantus audiendi quæ fecerit
pudor: q̄bus nullus faciēdi quæ: audire erubescūt? Et ille q̄
dē p̄stitit quod rogabat: sinebat fides: liber tamen ut factū
ipsum manet: manebit legeturq̄ semper tanto magis & nō
statim: Citātur enim homines ad agnoscēda quæ differūt.

C. Plinius Romano suo Salutem.

Ost longū tempus epistolas tuas tres pariter recepi:
omnes elegātissimas amātissimas & q̄les a te uenire
p̄sertī desideratas oportebat: quarū una iniungis mihi iocū
dissimū ministeriū ad Plotinā sanctissimā fœminā p̄ferāt:
eadē commendas pupillū artemisiū: statī præstiti qd̄ pete
bat. Indicas etiā modicas te uidebias collegisse. cōmūis hęc

mihī tecū: quāq̄ ī diuersissimam partem terrarū querelā ē:
Altera epistola nūtiās multa te nūc dīctare, nūc scribē q̄bus
nos repræsentēs: gratias ago: agerem magis si me illa ipsa q̄
scribis aut dīctas legere potuissē: sed erat æquū ut te mea
ita me tua scripta cognoscere etiam si ad aliū q̄ ad me p̄tine
rēt: polliceris ī fine: cū certi de uitæ nostræ ordinatiōe aliqd
audieris: futurę te fugitiuum rei familiaris: statimq; ad nos
euolaturę qui iā tibi cōpedes nectimus quas effrīgere nullo
modo possis: Tertia epistola continebat eē tibi redditā ora
tionē pro Damo quis eā uberiorē quam dicētē audiente te
fuerit: Est uberior: multa ē: postea enī: in tertia dicis alias te
litteras curiosius scriptas misisse: An accepim quæris: non ac
cepi eas: accipere gestio: p̄de priā quaq; occasiōē mitte: ap
positis qdē usuris q̄s ego nūc partius possi cētēsīmā putabo.

C. Plinius Rustico suo Salutem.

T fatius unū aliqd īsigniter q̄ facerē plura mediocri
ter: si nō possis unū aliqd īsigniter: qd̄ ītuens, ego ua
riis me studiōq; generibus nulli satis cōfīsus experior: p̄de
cū hoc uel illud leges: ita sīgulis: ita ut nō sīgulis dabis an
cæteris artibus excusatio ī nūero litteris durior lex: ī q̄bus
difficilior effectus ē: qd̄ autē ego de uenia q̄si īgratus: nā si
ea facilitate p̄xima acceperis: q̄ priora: laus potius sperāda:
q̄ uenia obsecrāda ē: mihī tamē uenia sufficit. Vale.

C. Plinius Caninio suo Salutem.

Ncidi ī materiā uerā sed simillimā fictæ: dignāq; scho
lastico altissimo planeq; poetico īgenio: īcidi autē dū
sup coenā uariā miracula hīc īde referūtur: magna auctori
fides, tamē si qd̄ poeta cū fide: is tamē auctor: cui bene uel hi
storiā scripturū credidisses: Est ī Africa Hipponēsis colonia
mari p̄xima: adiacet nauigabile stagnū: & hoc ī modū flumi
nis est uariū: demergit: qd̄ uice alterna put æstus aut rep̄ffit
aut īpulit: nūc inferē mari: nunc reddiē stagno: oīs hīc æstus
piscandi nauigandi atq; etiam natandi studio tenet: maxi
m ii.

me pueri quos otium lususque sollicitat: his gloria & uirtus altissime puehi: uictor ille qui longissime ut littus ita simul nates reliquit: quod hoc certamine, puer quidam audetior cæteris in uel teriora tendebat: Delphinus incurrit: & nunc præcedere puerum nunc sequi: nunc circumire postremo subire depõere itaque subire trepidantemque præferre: primum in altum: mox flectit ad littus: reditque terræ & æquibus, serpit per coloniam fama: concurrere omnes: ipsum puerum tanquam miraculum aspicere: interrogare: audire: narrare: respondere, postero die obsidet littus: præspectat mare: & siquidem mari simile natus pueri: inter hos ille sed cautius: Delphinus rursus ad tempus rursus ad puerum fugit: uenit puer: fugit ille cum cæteris delphinis quasi iuuet & reuocet: exiliunt: mergunt: uariosque orbes implicat expeditque: hoc altero die: hoc tertio: hoc pluribus donec homines inuitos mari subiret timendi pudor: accedunt & alludunt & appellant tangunt etiam prætractantque præuentim: crescit audacia & experimento maxime puer qui primus expertus est: ad natam insiliit ergo ferè referetque agnosci se ex mari putat meat is se neuter timeat: huius fiducia: mansuetudo illius augeat: nec non aut pueri dextra læuaque simul eunt hortantes monentesque, ne timeat id quoque mirum: delphinus alius tantum spectator & comes: Nihil enim simile aut faciebat aut patiebat: sed alterum illum ducebat reducebatque puerum: cæteri pueri incredibile tam uerum tamē

quam priora delphinum gestatorem collusoremque puerorum: in terram quoque extrahi solitum harenisque siccatum ubi incaluisse in mare reuolui, constat octauium habitum legarum præcõ. i. littus educto religione praua supfudisse unguentum: cuius illum nouitatem odoremque in altum refugisse: nec nisi post multos dies uisum languidum & moestum: mox redditis uiribus priorē lasciuiam & solitam uisum eē seria repetisse: confluebant omnes ad spectaculum magistratus: quoque aduentu & mora modica respublica nouissimum partibus atterebat: postremo locus ipse quietem suam se

cretumq; perdebat. placuit occulte interfici: ad quod coibatur. Hæc tu qua miseratione qua copia deflebis: ornabis attolles: quanquam non est opus affigas aliquid aut adstruas: sufficit ne ea quæ sunt uera minuantur. Vale.

C. Plinius Tranquillo suo Salutem.

Xplica æstum meum: audio me male legere duntaxat uersus: orationes enī cōmodius: & tanto minus uersus cogito: ergo recitaturus familiaribus amicis experiri libertū meū hoc quoq; familiare quod elegi nō bene sit melius lecturus: si tamen nō fuerit pturbatus. Est enī tam nouus lector: quā ego poeta: ipse nescio qd illo legente interim faciā: sedeā defixus mutus & similis otioso: an ut quāda quæ pronuntiabit murmure oculis manu psequar? sed puto me nō minus male saltare quam legere. Iterū dicā: xplica æstum meum uereq; rescribe num sit melius pessime legere: quam ista uel non facere uel facere. Vale.

C. Plinius Appio suo Salutem.

Ibrum quem misisti & accepi & gratias ago: sū tamē hoc tēpore occupatissimus: Ideo nōdū eum legi: cū aliquid ualidissime cupiā sed ea reuerētia cū litteris ipis scriptis tuis debeo ut sumere illa nisi uacuo animo irreliosum putē. diligētia tuā ī retractādis opibus ualde pbo: Est tamen aliquis modus primumq; nimia cura deterit magisquā emendat: deīde qd nos recētioribus reuocat: simulq; nec absoluit priora & inchoare posteriora non patit. Vale.

C. Plinius Fusco suo Salutem.

Væris quemadmodū ī thuscis diem æstate disponā. Euigilo cum collibuit plerunq; circa horam primā: sæpe ante: tardius raro: clausæ fenestræ manēt: miræ enī cū silentiū & tenebræ ab his quæ aduocant abductis: & liber & mihi & relictus nō oculos animo sed animū oculis sequar: q eadē quæ mens uidet quotiēs nō uidēt alia: cogito si quid ī manibus: cogito ad uerbum scribenti emendatque similis: nunc plura uel difficile uel facile componi teneri ue

potuerunt: notariū uoco & die admissō quæ formauerā re-
uocantur rursusq; dimittit: ubi hora quarta uel quinta: neq;
enim certum dimensumq; tēpus ut dies suasit ī xystum me
uel cryptoporticus cōfero: reliqua meditor & dicto: uehicu-
lū ascendo: ibi quoq; idē quod ambulās aut iacēs: durat in-
tētio mutatiōe ipsa referta paululū redormio: deīde ambu-
lo: mox orationē græcā latinā ue clare & intente non tam
uocis causa q̄ stomachi. Iterum ambulo ungor lauor coenā
tī: mihi cū uxore uel paucis liber legi: post coenā comoedia
aut lyristes: mox cum meis ambulo quorum in numerū sē
eruditi: uariis sermonibus uespera extenditur: & quanquam
longissimus dies bene conditur: nōnūq; ex hoc ordine aliq;
mutatur: Nam si diu tacui uel ambulauī post somnū demū
lectionemq;: nō uehiculo: sed quod breuius: quod uelocius
equo gestor: interueniūt amici ex proximis oppidis partēq;
diei ad se trahunt: interdūq; lasso mihi opportuna interpel-
latione subueniunt: uenor aliquando: sed nō sine pugillari-
bus ut quamuis nihil ceperim: non nihil referam: datur &
colōis ut uidef ipsas nō satis tēporis: quoq; mihi agrestes q̄-
relæ litteras nostras & hæc urbana opa cōmendāt. Vale.

C. Plinius Paulino suo Salutem.

Ec tuæ naturæ est translatiua hæc: & quasi publica
officia familiaribus amicis cōtra ipsorum cōmodū
exigere: Et ego te cōstātius amo quam ut uerear nec
aliter ac uelim accipias ni me kal. statim cōsulē uidero: præ-
sertim cū me necessitas thuscianog; prædiorū plures annos
ordinatura detineat: ī qua mihi noua cōsilia sumenda sunt:
Nam priore iusto quāq; post magnas remisiones reliqua cre-
uerunt: inde pleriq; nulla iam cura minuendi æris alieni qd
desperant posse persolui: rapiunt etiam consumuntq; quod
natura est ut qui iam putant se non sibi placere occurrere:
dū ergo augetur intus & medendū ē & medendi una
ratio: si nō nūmo sed partibus locū ac inde ex meis aliquos
opis exactores custodes fructibus ponam: & alioqn nullum

istius genus reditus q̄ quod terra cælū amnis refert, ad hoc magna fidē acris oculos: numerosas manus poscit: exprimēdū tamē & quasi ī ueteri morbo quaelibet mutatiōis auxilia tētanda sunt: uides quā nō delicata me causa obire primum cōsulatus tui diē nō sinat: quē tamen hic quoq; ut præsens uotis gaudeo: gratulatione celebrabo. Vale.

C. Plinius Saturnino suo Salutem.

Go uero Ruffū laudo nō qa tu ita ut facerē petisti: sed qa ille ē dignissimus: legi enī librū oībus numeris absolutū: cui multū apud me gratiæ amor ipsius adiecit: iudicauī tamē: neq; enī soli iudicat q̄ maligne legūt. Vale.

C. Plinius Mustio suo Salutem.

Aruspiciū reficiēda ē mihi ædes: cæteris ī p̄diis ī melius ī maius uetus sane & angusta cū sit aliqd: cū statio die frequētissima. Nā idibus septēbribus magnus e regiōe tota coit populus: multæ res agūt: multa uota suscipiunt: multa reddunt sed nullū in pximo suffugiū aut ībris aut solis: uideor ergo munifice simul religioseq; facturus: si eadē q̄ pulcherrimā extruxero addidero porticus: ædi illam ad usū deæ: has ad hominū: uelim ergo emas quatuor marmoreas colūnas cuius tibi uidebit̄ generis: emas marmora q̄bus solū: q̄bus parietes excolant̄: Erit etiā faciundū ipsius deæ signū quia antiquū illud e ligno quibusdā uetustate sui partibus truncatum est: quantum ad porticus nihil interim occurrit quod uideatur statim esse repetendum: nisi tamen ut formam secundum rationem loci scribas: neq; enī possū circundare templo. Nam solum tēpli hinc flumine & abruptissimis ripis: hinc uia cīgitur. Est ultra uiam latissimū pratum: in quo satis apte contra templum inuenies qui soles locorum difficultates arte superare. Vale.

C. Plinius Fusco suo Salutem.

Cribis p̄gratas tibi fuisse litteras meas q̄bus cognouisti quēadmodū in thuscis otiū æstatis exigerē: req̄ris qd̄ ex hoc ī laurētino hyeme permutet. Nihil nisi

quod meridianus somnus eximitur multumq; de nocte uel ante uel post diem sumit; & si agendi necessitas instat; quæ frequens hyeme non iam comædo, uel lyristæ post coenam locus; sed illa quæ dicta ut identidè retractant; ac simul memoriæ frequenti emendatione proficiunt. Habes æstate hyeme consuetudinè nō, addas huc licet uere tantū: num quæ intra hyemem statim æstatemq; mediam ut nihil de die perdunt de nocte paruolum acquirunt. Vale.

C. Plinii Secundi Nouocomensis Oratoris Facūdiffimī
Epistolarum Liber Octauus & Vltimus Explicit.

F I N I S.

Impressum quidem est hoc opus Taruisii per Magistrū
Ioannem Vercellium. Anno salutis, M. cccclxxxiii.







